М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 7.
№ 49.

PRO
A
Can
Ser
All
Duc
Mas
Pod
Sev
Illrmi
Stanis
ni ing
Illrmi
ny Sr
Jni
a
Jenerali
a Die

PROTOCOLLON

Actorum Metrices Cancellariæ Majoris Regni

Regnante

Serenissimo STANISLAO AUGUSTO Rege Poloniæ, Magno Duce Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ et Czerniechoviæ.

Ad Relationem

Illmi & Excellmi et Revmi Domini Andreæ Stanislai Kostka Młodzieiowski Eppi Varmiensis et Varsavien. Supremi Regni Cancellarii.

Cum

Illmi ac Excellmi Dni Dni Joannis in Wartkowy Grodeck Comitis a Borch Supremi Regni Cancellarii Ducatus Olsnensis etc. Capitanei.

Notariatu

Generosi Joannis Nepomuceni Kominski S.R.M. Secretarii

a Die 14ta Januarii 1775. ad 31. Xbris 1776ti

In

Incipit Annus 1775.

Actum Varsaviæ Sabbatho ante Festum Sancti Antonii Abbatis proximo die scilicet Decima quarta Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto. Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Revdmi Dni Andreæ Stanislai Kostka Młodziejowski Epi Posnanien Abbatis Commendatarii Hebdovien Supremi Regni Cancellarii.

Roborant Contractum Obligatorium Bonorum Masciborody cum attinentia Villa Bialki in Palatu Lublinen Terra Lucovien situat. Magnus Michael Princeps Zartoryski Supremus M.D.Litt Cancellarius abuna, et Generosi Lemnickie Conjuges parte ab altera.

Qui Stanislaus Augustus &c

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris Comparentes personaliter Magnificus Michael Princeps Zartoryski Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius abuna, et Generosi Casimirius Lemnicki et Eleonora de Sominskie Conjuges, parte ab altera, Sanimentibus et loco ribus existentes, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, huic autem Nræ Regiæ quo ad infrascriptum recognoscendo se, Suosq; Successores, ac bona Sua omnia Subjiciendo et Incorporando, palam, benevole ac per expressum recognoverunt. Quia Ipsi Contractum Obligatorium Bonorum Terrestrium Masciborody dictorum,

cum

2. cum attinentia ad eadem Villa Białki appellata in Palatinatu Lublinensi Terra vero Luceoriensi sitorum inter se Partes ad Triennium hic Varsaviæ sub die Duodecima Mensis et Anni præsentium mutuo et ab invicem initum et conclusum, manibus sui Partium subscriptum, Sigillisq; munitum, Vadio, Damnisq; Terrestribus vallatum, in omnibus et singulis ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis, Vadio et Foro mutuo roborant, approbant, et ratificant, eidemq; in toto, et in quavis parte stare, parere et plene satisfacere se submittunt, ac de et super bonis suis generaliter omnibus inscribunt et assecurant, Vdq; sub Vadio Summæ similis in præfato Contractu expressæ, tum Damnis Terrestribus Casu Contraventionis ad solvendum succumbendis. Pro quibus Vadio et Damnis Terrestribus ita ut præmissum Succubitis, Pars Contravenïens in Judiïs Terrestribus, aut Officiis Castrensibus Terrarum Luceoriensi aut Livensis suis cum Successoribus peremptorie respondere tenebitur. Nec eorum personalibus recognitionibus ad præmissa mediantibus. Pro majori veri firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Michael Princeps Czartoryski
Supremus M. D. Lit. Cancellarius mp.
Casimirus Lomnicki. Eleonora Lemnicka.

Cum ejusmodi Inscriptionem, Roborationem, ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex illis fideliter rescripsam Partibus requirenti authentice extradi jussimus. In quorum fidem Sigillum Regni præsentibus est appressum. Actum ut supra.

Constituit Specialem Plenipotentem Jesus Fridericus Saturgus Serenissimi Regis Borussiæ Consiliarius Legationis
Jebhard ejusdem Serenissimi Regis Consiliarium.
Stanislaus Augustus Dei:

Significamus Dei: Quod coram Nobis Actisque præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majestatis comparens personaliter Generosus Fridericus Saturgus Serenissimi Regis

Borussiæ

Borussiæ Consiliarius, sanus mente et corpore existens, recedendo
a Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Suis quibuscis pro
priis huic autem Nostræ Regiæ quæ ad infra tantum recognos cen
da attinet se subjiciendo et incorporando, palam benevole, ac
per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit.
Quia ipse in Suum verum legitimum ac Specialem
Plenipotentem Grum Sigismund Gebhard Serenissimi Regis
Borussiæ Consiliarium elegit, constituit inscripsit et ordi
navit præsentibusque eligit constituit inscribit et ordinat,
idque ad concludendum et accordändum negotium nomi
ne et pro re Sui Constituentis cum Grô Comite Odonelli
Colonello in Exercitu Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestätis, Dans
et tribuens eidem Grô Sigismundo Gebhard Consiliario Speciali
Plenipotentiæ Suo plenam et omnimodam facultatem com
missum a Se Constituente interesse cum Suprascripto Grô Colonello
ineundi, accordandi concludendi, Complanationes, Transac
tiones confitiendi, Quietationes nomine Sui Constituentis
recognoscendi, ulteriusq, si quæ ex negotio emergisse
comperientur pro qualitate et necessitate horum per
ficiendi ac finiendi. Promittens et inscribens se ea
omnia et singula quæ per Suprascriptum Grum
Specialem Plenipotentem Suum facta, gesta, conclusa
terminata, ac peracta fuerint, pro rato grato firmo
ac valido habiturum et Susceptaturum. In cujus
Personali recognitione ad præmissa mediante
Pro majori vero firmitate Manu propria se Sub
scripsit.

Fridrich Saturgus Comes
Kons. Pr. Gr.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum
fact et recognit. Nos firmam ac de jure validam
habere volentes &c: Actum ut Supra.

4.

4b

Idem Gnosus Saturgus constituit Plenipotentem Honoratum Joannem Ross Civem Mercatorem Elbingensem.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque praesentibus Metricis Regni Cancellariae Vrae Majestatis comparens personaliter Gnosus Fridericus Saturgus Serenissimi Regis Prussiae Consiliarius, sanus mente et corpore existens, praecedendo à Foro, et Jurisdictione per expressum recognovit. Quòd Ipse Honoratum Joannem Ross Civem Mercatorem Elbingensem, in Suum verum, Legitimum, indubitatum Plenipotentem elegit, creavit, inscripsit et constituit, praesentibusque eligit, creat, inscribit et constituit. Dans et tribuens eidem Honorato Plenipotenti Suo plenam facultatem et omnimodam potestatem Contractus quosvis ex re et interesse Sui Recognoscentis cum quibusvis personis ineundi, eosdemque roborandi, Transactiones ac Inscriptiones pro exigentia negotii in actis publicis recognoscendi, Summas sibi debitas levandi, de Latis quietandi, Ceteraque omnia pro ratione negotiorum Suorum quorumvis Legitimos Plenipotentes concernentia munia peragendi et exequendi. Cavens id totum, quidquid per supradictum Honoratum Plenipotentem Suum actum, gestumque fuerit, pro rato, grato ac valido se habiturum et Susceptorum. Hac Ejus personali recognitione ad praemissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria Se subscripsit.

Fridericus Saturgus mpp.

Quam ejusmodi Plenipotentiam Sic ut praemissum Judex et recognitor &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quinta pridie Festi Sanctorum Fabiani et Sebastiani Martyrum, scilicet Decimâ nonâ Mensis Januarii

nuarii Anno Domini Millesi-
mo Septingentesimo Septua-
gesimo Quinto. Regni vero Un-
decimo.

Ad Relationem Supremi Illrmi
Excellmi et Rndmi Dni Supremi
Regni Cancellarii.

Livonia

Requisitio de vel non existentia in Actis Archivi Re-
gii Privilegii super Bona Malnow in Livonia sita, assi-
gso Lyncut in Anno 1585. sive circa, collati, tum Decreti
designate Commissionis inter dicta bona, et Bona Prafectu-
ra Lucinen. in Anno 1595. lati.

Stanislaus Augustus &c

Significamus Si Quid veniens pers[?] ad Cancel-
lariam Metrices Majoris Regni Venerabilis Stani-
slaus Szadurski Canonicus in Cathedrali Livonie, no-
mine Suorum Josephi, Ignatii et Xaverii Szadurskich
Fratrum, Suorum vero ex alim Sso Fratre germano Ne-
potum, requisivit eandem, quatenus in Actis tam Privi-
legiorum, Inscriptionum, quam Decretorum, in Archivo
Regni asservatis, quererentur infra specificata Documen-
ta, videlicet Privilegium Serenissimi alim Sigismundi
Augusti Regis Poloniæ Predecessoris Nostri, assi Gros-
alim Dionisii Lyncut de Anno, Sive circa Annum Mil-
lesimum quingentesimum Octuagesimum Tertium Su-
per Bona Malnow dicta, aliasq[?] in Ducatu Livoniæ Di-
strictu Lucinen. sita collatum, tum Decretum designa-
te Commissionis inter Bona prædicta, et bona Prafectu-
ræ Lucinen. in Dunakel, aliasq[?] quasi Tempore simulta-
rum Varsaviæ in Anno Millesimo Quingentesimo
Nonagesimo quinto celebratarum ad instantiam Supra
mentionati alim Sri Dionisii Lyncut abtentum; Cu-
jus affectationi dicta Cancellaria deferendo, post-
quam facta diligenti horumce Actorum perlustra-
tione, in Illis ejusmodi Documenta per aliquot su-
pra et infra Annos, non reperiri affirmaret; Id-
circo idem Actis Requirens habita tale resolutione
Comparens coram Actis præsentibus Metrices
ejusdem Cancellariæ Majoris Regni, horum nu-
rum nomine de diligentia, in perquirendis supra
indigitatis Documentis solemniter protestatus et
manifestatus est, protestaturque et manifestatur,
ac ejusmodi Protestationem et Manifestationem pre

firmiori

firmiori fide manu propria subscripsit.
Stanislaus Szaduiski Canonicus Livoniæ.

Quam ejusmodi Requisitionem cum Protestatione sic ut premittitur facta et renovata, Nos ad Actorum Officii nostri Requisitio Joannis Czerkiewicz nomine Joannis Ryk Judicis in Ducatu Livoniæ facta de existentia nei Livoniæ in Archivo Regni Actus Revisionis prefati Ducatus in Anno 1595. Subsecuti.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens pridie ad Cancellariam Metricem Majoris Regni Jurium Julianus Czerkiewicz nomine Joannis Dionisii Ryk Judicis in Ducatu Livoniæ constituti, requisivit eandem, quatenus in Archivo Regni quæreretur Actus Revisionis prefati Ducatus Livoniæ in Anno Millesimo quingentesimo Nonagesimo Nono peracti. Cujus affectationi dicta Cancellaria deferendo, postquam facta diligenti inspectione Indicis seu Registrorum alias Inventarii mentionati Archivi, in illis, ac proinde in ipso Archivo non reperiri Ejusmodi Actum Revisionis affirmaret; Idcirco idem Procurator Requirens, habita tali resolutione, comparens coram Actis presentibus Metricem Cancellariam Majoris Regni nomine prefati Joannis Dionisii Ryk de diligentia, solenniter protestatus et manifestatus est protestaturq; et manifestatur presentibus. Eandemq; Protestationem et Manifestationem prefirmiori fide manu propria subscripsit. Julianus Czerkiewicz mpp

Quam ejusmodi Requisitionem cum Protestatione sic ut premissum facta et renovata, Nos ad Actorum nostrum susceptum insertibi &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima, die scilicet Trigesima prima Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo quinto Regni vero Undecimo.

Ad Relationem suprascripti

Illmi

Illmi Excellmi et Rdmi Dñi Supremi Regni Cancellarii.

Constituit Plenipotentes Magnus Princeps Czartoryyski Supremus M.D.Litt Cancellarius.

Stanislaus Augustus &c. V.P.

Significamus &c. Quod coram Nobis Actisq; praesentibus Meritis Regni Cancellaria Nra Majoris comparens personaliter Magnificus Michaël Princeps Czartoryyski Supremus Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Suis quibuscumq; propriis, huic autem Nrae Regiae quo ad infra dandum recognoscenda se subjiciendo et incorporando, palam, benevole ac per expressum recognovit. Quia Ipse Joseph Casimirum Lemnicki Capitaneum in Regimine Artilleriae M.D.Litt. et Antonium Jaczewski Vice-Notarium Terrestrem et Castrensem Livensem in Suos veros, Legitimos, indubitatos ac speciales Plenipotentes elegit, constituit, inscribit et Solemniter ordinat. Dans et tribuens eisdem Specialibus Plenipotentibus Suis tam conjunctim quam divisim plenam facultatem et omnimodam potestatem Summas pro commeatu Exercitui caetico ex Bonis Oppidi Sui hereditarii Siedlce vocitati cum adhaerentiis ac Mosciborody extradito, a Generosis Stanislao Laski Camerario Terrestri Lucoviensi Summam Sexcentorum Quadraginta Septem Florenorum et grossorum viginti quinque ac medii Sexti Polonicalium, Alberto Witkowski Burgrabio Castrensi Lucieńsi, Summam Trecentorum Decem Florenorum Polonicalorum, Joanne Laski Venatore Czermichoviensi Summam Duorum Millium Septingentorum Nonaginta duorum Florenorum et grossorum Septem decem Polonicalium, Decreti Condescensorialis in fundo praefatorum bonorum Oppidi Siedlce Feria Secunda in crastino Dominicae et Festi Sanctissimae et Individuae Trinitatis, videlicet die Trigesima Maii Millesimo Septingentesimo Septuagesimo quarto interveniente et eodem Jure Laskie et Witkowski Subscribente, ad Retinque Officii Castrensis Lucoviensis Feria Sexta in crastino Festi Sancti Michaelis Archangeli videlicet die Trigesima Septembris Anno

no eodem per oblatam porrecto, ab iisdem met Grosis Laskie et Withowski sibi Recognoscenti adjudicatas una cum penis luitis marcis in eodem Decreto expressis levandi, de levatis quietandi, ipsasq jure vindicandi, Decreta obtinendi, manifestationes faciendi, rigores Decretorum urgendi, totamq Causam et Actionem respectu premissarum Summarum cum sepe mentionatis Grosis Laskie et Withowski debito juris ordine, et omni meliori modo ad finem debitum deducendi et terminandi. Cavens et inscribens se in totum, quidquid in premisso negotio per prædictos Gros plenipotenter, aut alterum eorum vigore præsentis Plenipotentiæ actum et gestum fuerit pro rato, firmo ac valido habiturum et suscepturum ac in nullo Contradicturum, idque sub damnis Terrestribus in Foro competenti vindicandis. Ad cujus pleniorem recognitionem ad premissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Michael Princeps Czartorysky Supr. Md Lit Cancellarius

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum fuit et recognitt, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Secunda Ipso Festo Sanctæ Dorotheæ Virginis et Martyris die scilicet Sexta Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto. Regni vero Nri XI. Anno.

Ad Relationem Supradicti Illustrissimi Celsissimi et Rndmi Dni Supremi Cancellarij Regni.

Cedunt de Advocatia Rypczyoliensi in Palatu Sandomiriensi Gri. Casimirus et Eleonora de Stominskie Lemnicey Conjuges, in Personas Magnificorum Joachimi Chreptowicz et Constantiæ de Przedmieskie Conjugum Provincellariorum M. D. Lith.

Stanislaus Augustus &.

Significamus &c: Quod Coram Nobis Actisq præsentibus Maiestatis Nræ Cancellaria Nrâ Majoris comparentes personaliter Gri. Casimirus et Eleonora de Stominskie Lemnicey Conjuges

Sami

sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro Terris Districtibus et Jurisdictionibus suis quibus eis propriis huic autem Nrâ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda se subjicie ndo et interpretando, palam Ipsorum publice ac per expressum re cognoverunt. Quia ipsi inhærendo Literis Consensus Nrî Regii Sub die Trigesima prima Mensis Januarij anni currentis emanatij Manu Nrâ Regia subscriptis et Sigillo Minori Regni communitis sanis salvis et illæsis, ad presens in suo Originali exhibitis tenoris sequentis. = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Samogitiæ Masoviæ Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæ &c. Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest Universis & Singulis consensisse hoc et per misisse consentireque et permittere Spectabili Casimiro Lemnickii Capitaneo in Regimine Artilleriæ Magni Ducatus Lithuaniæ et Eleonore de Stomin Illic Coniugibus ut possint et valeant de omni et integro Jure suo Aditalitio quod ipsis super Advocatiam Ryen volensem in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Radomensi sitam servit et competit, cedere illudq in personas Magnificorum Joachimi Chreptowicz Cancellarii Magni Ducatus Lithuaniæ & Constantiæ de Lnerdzieckie Coniugum plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio finisq transfusio postea quam ierant Actis quibusvis Authenticis Regni facta & recognita fuerit Nos eam ratam et gratam habituros Summesuti eam quo prævio hoc Consensu Nro perageretur. Vigore cujus Cessionis finisq transfusionis in virtute præsentis Consensus Nostri facte dictam Advocatiam cum omnibus ædificiis, agris pratis Campis, silvis, nemoribus, Stagnis, piscinis, laubus fluviis fluminibus Molendinis, cunctis denique attinentiis et pertinentiis nullis penitus exceptis, sed ita late longe & circumferentialiter prout ab antiquis & immediati Prædecessoribus tenebatur, prædicti Magci Chreptowicze Coniuges ambo & in solidum tenebunt habebunt et possidebunt, vel uno eorum Juncto alter eorum superstes tenebit habebit et possidebit ad extrema vitæ Suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sereßmis Successoribus Nris non esse Nec Sereßmos Successores Nros ab usu et pacifica possessione dicte Advocatiæ prædictos Magcos Chreptowicze Coniuges ambos amoturos nec amovendi et alienandi potestatem eripiendos Daturos Sed salvum et integrum jus Aditalitium ipsis Conservaturos, quod & Sereßimi Successores Nri præstabunt. Ratione

Cujus Adritalitatis solitam proventuum partem quotannis ad
Thesaurum Regni inferre tenebuntur Juribus Nris Regalibus
Reipublicæ Eccleiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In
quorum Fidem præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXXI. Mensis Januarij
Anno Dñi MDCCLXXV. Regni autem Nri XI. Anno. Stanislaus
Augustus Rex. Locus + Sigilli Minoris Regni appressi. Consentes
ad cedendum de Advocatia Ryeywoliensi in Falla Sandominien
sibi Gris Casimiro Lemnicki et Eleonoræ de Stominskie Conjugi
bus in personas Magfici Joachimi Chreptowicz Prothonotarij
M. Ducatus et Constantiæ de Przedzieckie Conjugum Datur. Joan
nes Harnicki Præfectus Arcium Ducatus Livoniæ S.R. Mtis
et Minoris Sigilli Regni Secretarius mpp. A tergo dictarum literar
verba Sequentia. = Prothonotariatu Illustri ac Excellsi Dñi
Dñi Joannis in Warkiany Prebendarum Smith a Borch Prothonotarij
Regni Ecclesiarumq; Arcium Capitanei Sigillatum Est in Actis. Jam
ex nunc et de facto de omni et integro Jure Suo Adritalitio quod
et quale sibi Recognoscentibus Coniugibus ad Advocatiam Ryeywo
lienz servit et competit ac hucusque serviebat et competebat
Magfici Chreptowicze in vicem Coniugibus Prothonotarij M.
D. Litt cesserunt, abscesserunt, et vondescenderunt, prout præsen
tis Cessionariæ Inscriptionis virtute, tam de prætacta Adrita
litate juribusque suis, quam de eadem Advocatia Ryeywolien
ejusq; omnibus attinentiis et pertinentijs, nihil pro se Recogno
scentibus Coniugibus aut quopiam alio reservando et
excipiendo, sed ita late longe et circumferentialiter, pro
ut soli eandem Advocatiam Ryeywoliensem tenuerunt
et possederunt, tenereque et possidere debuerunt, ceduntq;
absiedunt, et vondescendunt. Hocque Jus suum Adritalitium
possessionem et usum fructuum in Eosdem Magfficos
Prothonotarios Magni Ducatus Litt Conjuges transferunt
transfundunt, derivant, et plene incorporant. Intromissio
nem realem cum actuali et pacifica possessione pro
ut de jure Officioque capiendam in eandem Advocatiam
conferendam prædictis Magfici Cessionarijs suis
a medio admittunt, admittamque nec per se, nec per
quosvis Submissas et Subordinatas personas præjudicie

aut

aud pacifica possessionem interturbare se se inscribend obligant et assecurant. His earum personalibus Renognitionibus ac premissa mediantibus Sro majori vero firmitate manibus propriis se se subscripserunt.

Casimirus Lemnicki Aeoncra Lemnicka

Cap: Lanen.

Quam quidem Inscriptionem Cessionariam sic ut pre mittitur facta et recognita Confirmam &: Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho pridie Dominicæ Septuagesimæ. Die scilicet Undecima Mensis Februarii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto. Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Suprascripti Illmi Excellmi et Rndmi Dni Supremi Regni Cancellarii.

Oblata Renuntiationis pretensionibus ad Bona Ostrogiensia Ordinis Melitensis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens coram nobis ad Aula præsentia, Nostrices Regni Cancellarie Nræ Majestatis Gnosus Casimirus Olechowski, obtulit ad inserendum illis literas originales authenticas Renuntiationem Illustris Ordinis Melitensis pretensionibus ad Bona Ostrogiensia habitis per Gnosum Michaelem Comitem de Sagramoso Equitem Professum Provinciæ Italiæ Ministrum præfati Ordinis Plenipotentiarium nomine Ejusdem Ordinis in idiomate Gallico factam continentes, manu Ejus propria subscriptas, et Sigillo gentilitio in cera rubra hispanica expresso munitas, una cum traductione ipsius in idioma Latinum, per Rndum in Christo Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodzieiowski Episcopum Pomesanien dem Supremum Regni Cancellarium Legalisatæ cujus Renuntiationis in utraque Lingua tenor sequitur ejusmodi.

Au Nom de la très Sainte Trinité

In Nomine Sanctissimæ

Trinite.

La Serme Republique ayant terminé pour toujours par les deux Constitutions enregistrées aux Actes publics le 17. Decembre de l'année passée 1774. les differents au sujet des Biens d'Ostrog entre l'Illustre Ordre de Malte, et les Possesseurs des dites Terres; l'Illustre Ordre de Malte, s'est determiné de renoncer par moi Soussigné, et muni de son Plein pouvoir daté 26. Juillet 1773, comme en effet je renonce en Son nom à perpetuité a tout titre, et Pretension, que le meme Ordre a Forme à la charge des dittes Terres d'Ostrog, et de leurs Possesseurs, afin que ces Possesseurs, leurs Descendants, et Successeurs ne puissent etre à jamais molestés, ou inquietés, par l'Ordre de Malte d'aucune maniere directe, ou indirecte. Et comme la Republique par une des dittes Constitutions, du mois de Decembre a assigné la Somme de 120m ℔ annuella

me Trinitatis.

Quandoquidem Serenissima Respublica duabus constitutionibus in acta publica die 17. Decembris anno elapso 1774. inductis, controversias ratione Bonorum Ostrogiensium inter Illustrem Ordinem Melitensem et Possessores dictorum Bonorum in perpetuum concluserum in perpetuum Illustris Ordo Melitensis determinavit se ad remunerandum per me infrascriptum plena potestate ab Eodem Ordine die 26. Julii anno 1773. ad id munitum; quemadmodum ego ipse facto renuntio in perpetuum ipsius Nomine, omnibus cujuscunque tituli pretensionibus, quas idem Ordo instituit ad dicta Bona Ostrogiensia, et eorum Possessores, itaut praefati Possessores, eorumque Successores nunquam possint molestari et inquietari ab Ordine Melitensi quocunque modo directo vel indirecto. Quoniam autem Respublica per unam ex dictis constitutionibus Mense Decembri Latam assignavit Summam centum Viginti Milium florenorum annuatim in perpetuum exsolvendam pro reditibus Magni

nuelle à perpetuité, pour revenû du Gd. Prioral, et de six Commanderies, qu'Elle vient d'etablir; L'Illustre Ordre de Malte voulant faciliter l'execution de cet etablissement nouveau, et voulant donner a la Noblesse Polonoise une marque de consideration particuliere, s'engage d'obtenir du St. Pere, que pour cette fois le Grand Prieur, et les six Commandeurs puissent etre mariés, et par là dispensés de devoirs des Chevaliers de Malte, et qu'un chacun des six nouveaux Commandeurs succede à la place du Grand Prieur, selon leur ancienneté etablie à present, à condition neanmoins, qu'à mesure, que ces places devien-dront vacantes, elles ne puissent etre remplies, que par les Chevaliers Polonois, deja admis, et reçûs suivant les loix du même Ordre, reconnûes, et escrutées, jusqu'a present pour les autres Commanderies anciennement fondées en Pologne, et en Lithuanie, et observées de tout tems dans les autres Grand Prieurés de La Langue d'Allemagne.

En consequence S.A.L. Mgr

gni Prioris et sex Commendatorum, quos instituit, Illustris Ordo Melitensis valendo facilliorem reddere hujus novæ institutionis executionem, suamque singularem erga Nobilitatem Polonam testari Considerationem, promittit obtinere a Sancta Sede, ut pro hac sola vice Magnus Prior, et Sex Commendatores possint esse Conjugati, consequenter dispensati ab obligationibus Equitum Melitensium, et ut quilibet ex dictis sex novis Commendatoribus succedat in locum Magni Prioris, servandum eorum antiquitatem ad presens institutam, ea conditione nihilominus, ut quoties officia hæc vacabunt, impleri non possint, nisi per Equites Polonos jam admissos et receptos secundum Leges ejusdem Ordinis recipiendos et practicatas semper respectu aliarum Præfecturarum Equestrium antiquitus fundatarum in Polonia et Lithuania, observandaque omni tempore in aliis Magnis Prioratibus Provinciæ Germaniæ.

Consequenter S.L.E.

Magnus

14. Mgr le Gd Maitre donnera non seulement les Bulles necessaires du Gd Prieuré, aussi bien que des Comanderies y prescrivant la Quarta du Revenu d'un chacun conformement aux Loix de l'Ordre de Malte, qui a été convenu des à present pour toujours a 358. Ducats d'Or d'Hollande, et 3½ Florins de Pologne, de la bonté et poid d'aujourd'hui, pour le Grand-Prieur, et à 179. Ducats pareils, et 1¾ Florins pour un chacun de six Commandeurs: Faisant le tout 1432. Ducats d'Or d'Hollande, et 14 Florins de Pologne, a payer chaque année a perpetuité au Threso-rier de Malte a Varsovie, mais aussi Il ratifiera la renonciation presente dans l'espace d'un an, a compter de la date du present ecrit, et Il en=verra une reconnoissance au Ministere de S.M. le Roi et de la Republique de Pologne.

Et puisque la consideration, que la Serme Republique de Pologne a eû dans cet arrangement.

Magnus Magister dabit non solum Bullas necessarias Magni Prioratus, prout et Præfecturarum Equestrium præscribendo in his quartam partem proventuum cujuslibet ex dictis Præfecturis, conformiter ad leges Ordinis Melitensis, et secundum Conventionem ad præsens factam pro semper trecentos quinquaginta octo Aureos hollandicos et tres ½ florenos Polonicales justi et æqui ponderis ex re Magni Prioris, et centum Septuaginta nouem aureos Nummos similes et unum ¼ Florey ex re cujuslibet ex dictis Sex Præfecturis, quod universim efficit mille quadringentos triginta duos aureos, nummos hollandicos, et quatuor decem florenos Polonicales, qualibet Anno in perpetuum Thesaurario Ordinis Melitensis Varsaviæ præstare existenti easdem solvendos. Pariter etiam Idem Supremus Magister ratificabit præsentem renuntiationem in spatio unius Anni a data Scripti præsentis, illimque Instrumentum publicum transmittet ad Ministerium S.te Gæ Majestatis et Reipublicæ Poloniæ.

Quoniam autem consideratio, quam Serma Respublica Poloniæ in hoc negotio habuit erga Protectionem

ment, pour la Protection, que
les trois Cours de Vienne, de
Petersbourg, et de Berlin ont
bien voulu accorder a l'Ordre
de Malte, a facilité l'heu-
reuse negociation de cette
affaire, entre l'Ordre de
Malte, et les Possesseurs des
Biens d'Ostroj: Les deux
Constitutions de la Serme
Republique, enregistrées
aux Actes Publics le 17. De-
cembre de l'année passée
1774.; ausibien, que la pre-
sente renonciation, seront
sous la haute, et respecta-
ble Garantie des memes
trois Cours alliées. Fait
a Varsovie ce 2me Fevrier
1775. Fr: Michel Comte
de Sagramoso, Chevalier
Profes de la Langue d'Ita-
lie, et Ministre Plenipo-
de mon Ordre. [L.S.]

Quas ejusmodi Renuntiativnis Literas, sic ut
premissum ablatas, Nos ad Acta hac Metricen Justi-
pi, inscribi, et ex illis fideliter rescriptas Parti
requirenti authenti, de extradi, originale Eo offe-
renti restitui permisimus. De quo restituto Can-
cellariam Nram quietavit, quietatq; presentibus
ac prefirmari manu propria se Subscripsit.

Casimirus Olechowski m

In quorum fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria
Quinta ante Dominicam
Sexagesimæ proxima, die
scilicet Decima Sexta Men-
sis Februarii Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo Quinto. Re-
gni vero Undecimo.

Ad

15

tionem, quam tres Aulæ Viennen-
sis, Petropolensis et Berolinensis
dignate sunt præstare Ordini Me-
litensium facilioremq; reddit ne-
gotiationem inter Ordinem Me-
litensem et Possessores Bonorum
Ostrogien.: ium, hinc due me-
morate Constitutiones Serme
Reipublicæ in Acta publica
die 17. Decembris anno elapso
1774. inducta, sicut pariter et
presens renuntiatio erit sub
magna et respectabili asser-
tione trium Aularum unstra-
rum. Varsaviæ die 2. Februa-
rii 1775. Fr: Michael Comes
Sagramoso Eques Professus
Provinciæ Italiæ et Minister
Plenipotentiarius mei Ordinis.

Præsentem traductionem
latinam cum originali gal-
lica lingua scripto fideliter
concordare attestor. Varsa-
viæ 15 Mt. Februarii 1775.
Andr. Stanc. Młodziejowski
Eques Posnaniens. S.R. Can-
cellarius mp.

16.

Ad Relationem Supranscripti
Illrmi Excellmi et Rndmi Dni
Supremi Regni Cancellarii.

Constituit Plenipotentes ad Causas Magnificus
Princeps Czartoryski Supremus M.D.Litt. Can-
cellarius.

Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Nobis Actisque
presentibus Metrices Regni Cancellarie Nre
Majoris comparens perdr Magnificus Michael
Princeps Czartoryski Supremus M.D. Lithuanie
Cancellarius, sanus mente et corpore existens, re-
cedendo a Foro, Terris, Districtibus et Juri Dictio-
ne Suis quibusvis propriis, huic autem Nre Re-
gie qua ad infra tantum recognoscenda se subji-
ciendo et incorporando, palam, publice, benevole
ac per expressum recognovit. Quia Ipse Genero-
sos Casimirum Lemnicki Capitaneum in Re-
gimine Artillerie M.D.Litt. Vladislaum
Prieuski Camerarium Terrestrem Cernen-
sem, Antonium Jaszewski Vice Notarium Terre-
strem ac Castrensem Livonsem, Felicem Szy-
bert Metrices Magni Ducatus Lithuanie Pre-
fectum, Antonium Bzdzynski Subdapiferum
Nielniczensem, Adamum Butler Camerarium
Belzens, Thomam Radomyski Camerarium
Terrestrem Lucovien, Michaelem Wygrzecki,
Ejusdem Nominis Janiewski, Franciscum
et Rochum Godlewskie, Thomam Podbielski
Simonem Puchala, quorumvis nominum Pule-
wski, Polikalski, Mirecki, Joannem et Stepha-
num Lamberzyckie, Fabianum Wielgdko,
Nicolaum Pabikowski, Joannem Bobowski,
Andream Ortowski, Albertum Poletylo, La-
skowski, Gabrielem Karwowiecki, Petrum
Lakrzewski, Antonium Witkowski, Nicodemum
Lybulski, Christophorum Slonczynski, Va-
lentinum Rudzki, Michaelem Staniszewski,

Thomam

Thomam Nowowiejski, Josephum Wycichowski, Raymundum Golembiewski, Alexandrum Kaliski, Stanislaum Brzezynski, Gregorium Jaworinski, Albertum et Andream Kosinskie, Andream Czarnocki, Valerianum Skolimowski, Simonem Osiecki, Dominicum Goyski, Joannem Michalowski, Albertum Skarzynski, in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes ad Triennium integrum eligit, constituit, inscribit, ac solenniter ordinat. Dans et concedens ipsis tam divisim quam conjunctim plenam facultatem, omnimodam, absolutamque potestatem Causas suas judiciarias generaliter omnes et singulas cum quibusvis personis occasione cujusvis negotii in omni Judicio et Officio Regni majoris minorisque Subselii cujusvis Terræ et Districtus, etiam Judiciis Tribunalitiis et Commissionum Reipublica Regni habitas et habendas, instituendas et instituendas promovendi, defendendi, jure tuendi, compartitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, a contrariis appellandi seu movendi, juramenta attentandi, pœnas judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in bona afferendi et apprehendendi, Executiones Decretorum urgendi et attentandi, arresta imponendi, Solumet vero suprascriptis Generosis Vladislao Prieuski, Casimiro Lemnicki et Antonio Jaczewski alias Plenipotentes in locum sui officiose inscribendi et substituendi. Ceteraq; pro Causarum et negotiorum exigentia debito Legis ordine peragendi et exequendi. Promittens et inscribens se is Idem Magnus Recognoscens id totum, quidquid per prædictos Gros Plenipotentes, sive eorum Substitutos in præmissis juridice, rite ac legitime actum, gestum, Constitutumq; fuerit pro firmo, rato, grato ac valida suscepturum, minimeq; Contradicturum. Hæc sua personali recognitione ad præmissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Michael Princeps Czartoryski
Supremus M. Ducatus Lit. Cancellarius mp.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmittitur factam et recognitam &c. Actum ut supra.

Sub eodem

Vf

Sub eodem Acty

Ad Relationem Illmi ac Excellmi Dni Vicecancellarii Regni.

Quietat de Summa M. Aurichung et Fl. 702 Generosus Rochus Kossowski Thesaurarius Curiæ Regni suo et Gsē consortis suæ nomine Rndum in Christo Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodzieiowski Episcopum Regni Cancellarium Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metricis Regii Cancellariæ Nræ Majoris comparens perdr Generosus Rochus de Głogowa Kossowski Thesaurarius Curiæ Regni, suo et Gnosē consortis de Lubinskie Consortis Suæ &: pro cujus ratihabitione infrmi juris plenissima præstat cautel. &: nomine agens sanæ mentis et corporis existens, recedendo a Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Nræ Regiæ quæ ad infra tantum recognoscenda se, suis cum Successoribus, bonis &: generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, publice, benevole ac per expressum recognovit. Quia Ipse jam ea nunc et defacto Rndum in Christo Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodzieiowski Episcopum Posnaniensem Supremum Regni Cancellarium Ipsius Sanguinis Successores de Summa Trium Millium Aurichung et Flor. Sept. ingentor. duor ex majori Summa Undecim Millium Aureorum Hungaricalium scripto certo manuali hic Varsaviæ die Tertia Mensis Julii Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Septimo per laudem Rndum in Christo Patrem nunc Supremum Regni Cancellarium in rem olim Gnosē Hedvigis de Rudnickie Lubienska Capitaneæ Lelovien. Sui Recognoscentis Gsē Consortis Matris data, Actisq; Metricis Majoris Cancellariæ Regni sub die quarta Mensis Februarii Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo

gesimo Nono roborata ad solvendum assecurata, Computatione certa inter Consucessores suprafate olim Gē Lubienski Capitanei Lelowiensis itidem hic Varsaviæ die Vigesima Octava Mensis Februarii Anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo confecta et conscripta indigitata pronanante, eandemq Sui Recognoscentis Gnam Consortem post fata Suprafate olim Gē Capitanei Lelowiensis Matris erga alios Consucessores in quantitate Supra exarata concernente, absq ullius Satisfactionem Summaq præmissa Trium Millium duzhundert Thlr Polz Septingentarii duorum provenientibus, quietat, emittit, liberum, absolutumq in perpetuum Suo et Gē Consortis nomine facit et pronuntiat, punctumq Scripti Supramentionati quo ad Summam præmissam resereste: rens, ejusq Roboration tollit cassat et mortificat. Et insuper Idem Gnosus Recognoscens submittit se ac de Bonis Suis generaliter omnibus obligat Gnam Consortem Suam ad approbandam præsentem Quietationem, vel Similem in præsentia præsentiorem ejus recognoscendam in Spatio Sex Septimanarum ab Actu hodierno Computatarum ad Acta hæc, vel quævis alia authentica Regni statuere, et donec id effecerit, Reum in Christo Patrem Eppum Posnaniensem Supremum Regni Cancellarium, Ejusq Successores ab omni et quavis impetitione evincere et indemnes toties quoties opus fuerit, reddere, idque sub Damnis Interesse ribus Casu Contraventionis Sucumbendis, et in Foro Competenti Vindicandis. Hac ejus personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Quietationis cum Submissione de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Rochus de Glogowa Kossowski

Thesaurarius Curiæ Regni

Quam ejusdē Quietationē ad Submissionē & Actum ut supra

Idem Jus Thesaurarius Curiæ Regni

Gē Consortis Suæ Summa 2 Mayhundert Thlr pl. 15 Sgr

Debito Debiti inscribit.

Stanislaus Augustus Rex

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq

præsentibus Mercedes Regni Cancellariæ Pro

majoris

20. Majoris comparens personaliter Gnus Rochus de Glogowa Kossowski Thesaurarius Curiæ Regni sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Nræ Regiæ quo ad infrascriptum recognoscenda se suis cum posteris, bonis generaliter omnibus subjiciendo et in eor pordo, palam, libere ac per expressum recognovit. Quia, Ipse Gna Constantia de Lubienskie alim Casimiri Lubienski Capitanei Lelowiez et Heduigis de Rudnickie Conjugum Filia, sui veri Recognoscentis Consorti, Ipsiusq. Successoribus Summam Duor Millium Auy hungerey Flor. grs. 15. Polonicalis modo veri, certi, justi, realis, simpliciq. ac liquidi debiti, suti eam, que per se Recognoscentem de et ex manibus Reuerendi in Christo Patris Andreæ Stanislai Kostka Mlodzicowski Episcopi Posnanien. Supremi Regni Cancellarii levata est, dictumq. Gnam Consortem concernit; tenetur ac debet, Successoresq. Suos teneri ac debere, ipsamq. de et super bonis Suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis Mobilibus et immobilibus, Summisq. quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribit et assecurat. Quam quidem Summam hinc et pro crastino Festi Sanctorum Trium Regum in Anno Deo dante futuro M. Mesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto Se Solutorum, et circa Acta quævis authentica Regni repositorum, et vna cum provisione per quinque a Centum in Annum computanda dictæ Gnæ Consorti, Gnisq. Successoribus enumeraturum submittit, inscribit et obligat, idque Sub Vadio Similis Summæ Casu Contraventionis præsenti Inscriptioni Suæ Debitoreæ ad Solvendum Succumbendo, et in Foro Competenti a se Recognoscente Suisq. Successoribus Vindicando. Hanc Jus personale recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Simplicis Debiti de jure plenissima. In majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Rochus de Glogowa Kossowski
Thesaurarius Curiæ Regni mpr

Quam ejusmodi Inscriptionem Simplicis debiti sic ac præmissum fuit etrecognitt &c. Actum ut supra.

Nº 21

Actum Varsaviæ Feria Secunda post Dominicam Sexagesimæ prima Die Sabbati Vigesima Mensis Februarii Anno Dñi 1775. Regni vero Undecimo.

Quietat Dñus ad Relationem Supremi Illmi ac Excellmi D. Procancellarii Supremi Dni Cancellarii de Summa Sua Kossowski Thesaurarium Curiæ Regni.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniarum &c. &c. Quod coram Nobis Actisq præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris comparens perdilecta Generosa Constantia de Lubienskie Grosi Rochi Kossowski Thesaurarii Curiæ Regni Consors in absentia præfati Mariti Sui Agens, sana mente, corporeq existens, renuendo a Foro et Jurisdictione Suis quibusvis progriis, huic autem Nræ Regiæ quo ad infrascriptum recognoscendo se Subjiciendo et incorporando, palam, libere recognovit. Quia Ipsa eliberando eundem Generosum Maritum Suum a nexu Submissionis circa Quietationem super his in Actis, videlicet die Decima Sexta Mensis et Anni Currentium etiam Nomine Sui Recognoscendis recognitam, jam eamdem et de facto Eundem in Christo Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodzieiowski Episcopum Posnaniensem Supremum Regni Cancellarium de Summa Decem Millium Aureorum hungaricalium, tum in Moneta Mille Sexcentorum quinque Florenorum ejusdem quindecem Polonicalium et majori Summa Undecim Millium Aureorum hungaricalium olim Generosæ Matri Suæ ab eodem Reverendo in Christo Patre Supremo Regni Cancellario vi Scripti manualis ad Solvendum assecurata proveniente, Segue erga alios Consuccessores concernente, vigore Compartionis facta de Anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo Die Vigesima Octava Februarii hic Varsaviæ initæ, tum provisionibus ab eadem provenientibus, ab præstitam Satisfactionem, Summaq præcensitæ atque Provisionum Totalem, realem exolutionem, nihil Sibi Recognoscenti, Suisq Successoribus juris prætextu et prætensionis, reservando, quietat, emittit, liberum, absolutumq cum Suis Successoribus Sanguinis facit et perenniter in perpetuum. Hac Sua personali recognitione ad præmissa mediante. Sre majori verosimilitate manus propriæ de subscripsit.

Konstancya z Lubienskich Kossowska.
Rochus de Głogowa Kossowski Sod. Nad. K.or.
Thesaurarius Curiæ Regni

Quam ejusmodi Quietationem sic ut præmissum Factam et recognitam Jus Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabba-
tho in crastino Festi San-
cti Matthiæ Apli die sabi-
cet Vigesima quinta Men-
sis Februarii Anno Domi-
ni Millesimo Septingente-
simo Septuagesimo Quinto
Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Supraseri Illmi
Excellmi et Rndmi Dni Supre-
mi Regni Cancellarii.

Roborant Contractum Sexennalem Obligato-
rium Bonorum Ldzieżna, Poremba et Sordis
in Wygiełzowo Adm Rdus in Christo Pater Igna-
tius Princeps Masalski Episcopus Vilnens ab
una, et Jus Sikorski Sigilli Majoris Regni
Secretarius parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Ntræ
Majoris Comparentes per se Adm Rdus in Christo
Pater Ignatius Princeps Masalski Episcopus
Vilnensis Gorum Xaverii et Helenæ Principum
Masalskich, olim vere Gorum Josephi Masal-
ski Thesaurarii Curiæ M. D. Litt. et Antonina
de Principibus Radziwiłły Conjugum Filii et Fi-
liæ Minorennium Tutor Naturalis Suus, et præ-
fati Gri Xaverii Principis Masalski Mino-
rennis uti Bonorum Ldzieżna, Poremba in Dis-
tricta Kiszkiensi, et Sartis in Wygiełzowo in Dis-
tricta Lidvicensi Palatinatu Trocensi sitorum
Hæredis &c. pro cujus ratihabitione pariter omnimo-
dam cavet, et se præsentibus inscribit. nomine
agens alterna, et Jus Antonius Sikorski Noster
et Sigilli Majoris Regni Secretarius parte ab
altera, Instrumentibus et corporibus existentes, re-
cedendo a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictio-
nis Suis quibuscunque proprii, huic autem Ntræ Regiæ
quæ ad infra tantum recognoscendo se cum Sta-
tutis Suis generaliter omnibus ac Successoribus
subjiciendo et incorporando, prlam, Libere et mu-
tuo recognoverunt. Quia Ipsi Contractum Sesen-

nalem

nalem Obligatorium Bonorum supra expressorum, videlicet Idzikina, Soremba et Sortis in Wygiełzki, hic Varsaviæ inter Se Recognoscentes sub die Vigesima quinta Mensis Junii Anno preterito Millesimo Septingentesimo septuagesimo quarto initum et conscriptum, manibus sui Partium Subscriptum, et Sigillis in cera rubra hispanica expressis munitum, Vadioq; Quadraginta trium Millium et Ducentorum Florenor Polon. vallatum, in omnibus et singulis ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, vadio, Foro, et ligamentis mutuo approbant, roborant et ratificant, eidemq; in toto et in qualibet parte stare et plene satisfacere se, de et super bonis suis generaliter omnibus inscribunt, obligant et assecurant, idque sub Vadii similis Summæ casu Contraventionis eidem ad solvendum succumbendo. Pro quo in Judicio Terrestri aut officio Citrensi Cracoviensibus, ac de tempore Interregni in Judicijs Lege designatis cum Successoribus respondere teneantur. Aliis eorum personalibus recognitionibus ad premissa mediantibus. Aliis in forma Roborationis de jure plenissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se Subscripserunt.

Ignatius Pus Massalski Episcopus Vilnen.

Antonius Sillowski

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriæ &c. Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feria Tertia post Dominicam Quinquagesimæ proxime videlicet Vigesima Octava Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto. Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Supranotati Illmi et Rdmi Dni Supremi Regni Cancellarii.

Constituit specialem Plenipotentem Illum Joannes Borch Pro Cancellarius Regni.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque pro-

præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Aulæ Majoris
comparens perdilectus Magnificus Joannes Borch
Pro-Cancellarius Regni, Sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Juris-dic-
tione Suâ quibuscunque propriis, Suæ autem Aulæ Re-
giæ quoad infra tantum recognoscendo se Subjicien-
do et incorporando, palam, libere, et per expressum reco-
gnovit. Quia ipse Joannes Lawinstowski
Regentem Commissionis Œconomicæ Thesauri
Magni Ducatus Lithuaniæ, in Suum verum, le-
gitimum, specialem ac indubitatum Plenipo-
tentem eligit, creat, constituit, inscribit et ordi-
nat. Dans et tribuens eidem plenam facultatem
et potestatem Summam Trium Millium Tre-
centorum Triginta Florenorum, Grossorum Vi-
ginti quinque Polonicalium, Sibi Recognoscenti
Decreto Judicii Commissionis Thesauri Magni
Ducatus Lithuaniæ in causa inter se Recogno-
scentem ab una, et Magnum Nicolaum Jou-
nem Chwiekiewicz Capitaneum Samogitiæ
parte ab altera ibidem agitata et controver-
sis Sub die Decima Nona Mensis Decembris
Anno præterito Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo Quarto lato, adjudicatam, in
termino Solutioni præfixo Levandi et abnume-
randi, de Levata et abnumerata Nomine Sui
Recognoscentis Partem hanc Summam evolven-
tem quietandi, ac casu contraventionis supra
enunciato Decreto manifestandi, Cæteraq; ad præ-
missum negotium de jure necessaria et opportu-
na peragendi, alium ejusdem in locum Sui Ple-
nipotentem quo ad præmissum effectum, substi-
tuendi. Quem et promittens se cuncta hac, qua
a memorato Suo Plenipotente suo vel ab ipso Sub-
stituto acta et gesta fuerint, pro ratis, gratis
ac validis Suscepturum. Hac Ejus personali
recognitione ad præmissa mediante. Pro majo-
ri vero firmitate manu propria se subscripsit.

Joannes à Borch Pro-Cancellarius Regni.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmis-
sum fuit et recognitam &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quinta
ante Festum Sancti Casimiri con-
fessoris proxima Die scilicet
Secunda Mensis Martii Anno
Domini Millesimo Septingen-
tesimo Septuagesimo Quinto.
Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Illmi ac Excellmi
Dni Procancellarii Regni.

VR

Inscribit Summam 2388. Aurorum hungaricalium
Rndus in Christo Pater Andreas Modzieiowski
Eppus Posnaniens Conventui Ordinis Prædicatorum in
Nova Civitate Varsaviæ sito.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c Quod coram Nobis, Retrisque
præsentibus Metricæ Regni Cancellariæ Nræ
Majoris Comparens personaliter Rndus in Christo Pater
Andreas Stanislaus Kostka Modzieiowski Epis-
pus Posnaniensis Supremus Regni Cancellarius,
sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictione Suis quibuscunque propriis, huic
autem Nræ Regiæ quoad infra tantum recognoscen-
da se cum bonis Suis generaliter omnibus subjicien-
do et incorporando, palam, publice, libere ac per ex-
pressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quit-
Ipse Religiosæ Priori, totique Conventui Ordinis
Prædicatorum ad Ecclesiam tituli Sancti Hyacin-
thi in Nova Civitate Varsaviæ sito, Summam
Duorum Millium Trecentorum Octuaginta Octo
Aureorum hungaricalium justi ponderis, modo
veri, certi, justi, realis, liquidi, simplicisque de-
biti tenetur ac debet, suosque Sanguinis Suc-
cessores teneri ac debere, Ipsamque de et super
Bonis Suis generaliter omnibus hereditariis
et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, Sum-
misque quibuscunq pecuniariis habitis et haben-
dis inscribit et assecurat. Quam quidem Sum-
mam Duorum Millium Trecentorum Octuagin-
ta Octo Aureorum hungaricalium hinc et præ
sta Octo Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Bap
tistæ in Anno Currenti Millesimo Septingen-

tesimo

decimo Septuagesimo quinto Eidem Comparenti sive ipsius Religioso Priori aut Procuratori se Solaturum, et circa dicta quaeris authentica repositurum, acuna cum Provisione per quinque a Centum in Annum computanda enumeraturum Submittit, inscribit et obligat idque Sub Vadio similis Summae casu Contraventionis praesenti Inscriptioni Suae Debitoriae ad Solvendum Succumbendi Pro quo, ac ipsa re principaliter citatus existens, in Foro competenti suis cum Successoribus Sanguinis peremptorie respondere tenebitur. Hac Sua personali recognitione ad premissa mediante. Pro majori vera firmitate manu propria se subscripsit.

And. Stan. Mlodzieiowski Eppus Posnaniensis M. Can.

Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoream sic ut premissum fuit et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes &c. Datum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quarta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem Die videlicet Octava Mensis Martii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto Regni vero Undecimo.

Ad Relationem Illmi & Excellmi ac Revmi Dni Andreae Stanislai Kostka Mlodzieiowski Eppi Posnaniensis Abbatis Commendatarii Hebdoviensis Supremi Regni Cancellarii.

Manifestatur Inscriptor Regni Comes Josephus Potocki camerarium Regni contra Comum Potocki Successorum Regni, Ejusq; Commissarios et Clientes Stanislaus Augustus &c.

Significamus Tibi Quod veniens per se ad acta praesentia Fidelitatis Regni Cancellariae Illustris Comitis Josephus Potocki Inscriptor Regni Capitaneus Lozaiscensis Manifestatione tenoris sequentis = Veniens personaliter Illustris Josephus a Potok Potocki Inscriptor Regni, Lezayscensis etc Capitaneus, subveniendo integritati fortunae et subs-

stantiae

stantiil sue, ne exinde patiatur aliquod detrimentum, con-
tra Gnosum Vincentium Patacki Succamerarium Regni
Generalem Regiminis Equestris Guardie S.R.M. Mtis et
Reipublice, Lublinensem etc Capitaneum Fratrem suum
germanum, ad presens extra limites Regni existentem,
tum Eius Commissarios et Plenipotentes; habito con-
servato omni respectu fraterni amoris, cogente id fa-
cere ipsum, nonnisi jubente Lege et diligentia juris;
talem solemnem infert Manifestationem idque pro
eo: Quia Is dem Gnosus ~~Succamerarius~~ Regni, inita secum
ex una, et Gio. Manifestante parte ab altera post
quasvis inter se habitas primitivas liquidationes,
transactiones, venditiones ultimariasque Complanatio-
ne, simul Contractum Resignationium Bonorum
Oppidi Tarnapol cum Villis ad id pertinentibus
in se continente, Anno preterito Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo Tertio die Nona Decembris
hii Varsavie previa sui ac Manifestantis, tum
Amicorum Complanantium et authorizantium
subscriptione confecta, Actaq' Castrensi Varsaviensi
Feria Quinta in crastino Festi Immaculate Con-
ceptionis B.ae Virginis Marie anno eodem rabo-
rata; Quo quidem facto eodemq' actu et fe-
ria Super Bona Tarnapol cum attinentiis in Perso-
nam Gis Manifestantis Redenationem, obligavit
se Summas certas hac Complanatione expressas
in termino Contractuum Legalium proxime Anno
Millesimo Septingentesimo Septuagesimo quarto
Festo Sanctorum Trium Regum incidenti Gio Ma-
nifestanti solvere, Bona Hrizdyczna ab onere
et possessione Obligatoria Patrum Ordinis Predicato-
rum Podkamenecensium emundare, Villas Czerniechow
Pleszkowce et Kurawce Gio Capitl non attento ne-
xu de non alienandis bonis Divisione premustadita,
a Corpore Bonor Tarnapol ~~jur~~ alienata, Revin-
dicare, illaq' munda uti cum Bonis Tarno-
pol Gio Manifestanti redonata Anno eodem pre-
terito pro tempore medietatis Quadragesime in
possessione tradere, proventus integrales ex Bonis
Tarnopol cum attinentiis precedente Liquidatione
per Commissarios una cum provisione reddere,
Quietationes ea Summis Creditoribus Gis Manife-
stantis ad Exolvendum in se assumptis adhibi-
tum comportare. Quibus his omnibus obligationibus
ac conditionibus hac eadem Complanatione indigitatis,

28. nec per se, atque vel maxime per Commissarios ac Pe-
ripatentes suos satisfecit, nec effectuare ad multas re-
quisitiones Luerque curavit. Quapropter ratione ha-
rum omnium Conditionum Comparationem memorata
exaratarum non adimpletionis, Villarum Kluboczek et
Latki ac aliarum non attenta obligatione Divisoriali a
corpore Bonorum Tarnapol cum praejudicio maxime Ma-
nifestantis incompetenter alienationis, indeq non mo-
dici Damni in limitibus, commoditatibus, proventi-
bus, provisionibus, Causationis, ad extremum omni-
um membranorum, Scriptorum, Literarum Cambiali-
um, assecurationum, super variis Summas ad aliquot
milliones evenientes post generalem cum Gro Mani-
festante liquidationem, et praesertim in tota Satis-
factionem apud se retentorum non comportativis,
et Gro Manifestanti ad multifarias requisitiones non
restitutionis, iterum atque iterum manifestatur.
offerens se prohis omnibus injuriis, praejudiciis et
Contraventionibus jure Actorum, atq Lege et justitia
vindicaturum. Salva manente hujus Manifestatio-
nis melioratione. = in parata Copia Manu ejus Sub-
scripta ad hoc Acta porrexit, et pro firmori in ido
dem Actis se subscripsit.

Quam ejusmodi Manifestationem Nos ad Acta pra-
sentia suscipi, inscribi, &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Rndmi
Dni Supremi Regni Cancellarii.

Idem Gnosus Potocki Succisor Regni contra
certos Possessores Bonorum Tractus Ste-
panscens e Judicium Irre Sochaczevic
Condescensoriale. Manifestatur.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personali-
ter ad Acta praesentia Metrices Regni Can-
cellariae Nra Majoris Gnosus Josephus
Potocki Succisor Regni. Manifestationem
tenoris sequentis. = Veniens personaliter
Gnosus Josephus Potocki Succisor Regni, Bo-

norum

norum Tractus Stepanscensis cum attinentiis in Pala-
tinatu Volhyniæ consistentium Hæres. Cum post que-
situm per se a Magcæ Principe Stanislao Lubomir-
ski Palatino Kijoviæ in Anno Millesimo Septingente-
simo Septuagesimo eorundem Bonorum jus hereditari-
um, prætextorum Bonorum ex ratione: nam iisdem
in Bonis per eundem jure hereditario quæsitis, singu-
la in Villa ad eundem Tractum spectanti varii Gnoti
Manifestantis Magcæ Juridatoris Creditores Pos-
sessioni earundem Bonorum insistebant, eandemque
hæreditatem dum Gnoti Manifestantis Magcus Ju-
ridator, quam Ejusdem Successores per Manifesta-
tionem in Anno Millesimo Septingentesimo sep-
tuagesimo factam in dubium vocarunt: Possessio-
nem adire non poterat, eaque propter jurium quo-
rumvis Creditorum et Possessorum, quibus ii-
dem Possessores Legitimis, vel contra sese, tutan-
tur, adhucusq; notitiæ ipsi aberat. Modoprimum
in Anno præterito Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo Quarto per Decretum Commissionis
Varsaviæ Die Decima Sexta Augusti anno que su-
pra emanatum evicta eorundem Bonorum he-
reditate, ac injuncta Condescensione pro sub-
sequenda eorundem Bonorum Occupatione, ac
jurium Possessorum Revisione lucrata; Dum
in eodem Termino Condescensionis in Stepani se de
agitantis: quod nonnulli Possessores eorundem
Bonorum Villas nonnullas vi Juris Advi-
talitii non tantum uni Capiti, verum
tribus et pluribus inservientis, consultò
ut Hæredi adire suum, difficilior adesset
modus in præjudicium et Summum dam-
num Hæredis elaborati, possident, Femel-
la etiam Capita jure Advitalitio in con-
trarium jurium præfatorum Bonorum
tutantur, permulti eadem sui jura advi-
talitia Desolatione Bonorum, ac perinde

com-

commissione abusus vitiarunt, tam ex reproductione eorundem jurium subsecuta, quam respectu commissi abusus indagatione facta, notitiam perceperit, et per Sententiam Judicii Terrestris Sochaczewicz, qua prolatam acsi eadem jura eodi illegalia approbata esse videntur, gravatus extiterit. Providendo itaque integritati fundi de nullitate eorundem jurium, signanter Grossi Russnowerkim in Boris Radow, Elatolinskim in Boris Elatolin, Dubiskim in Borisz Podluzne, ac aliis inservientium, tam contra quosvis Bonj Possessores illegalibus juribus se se tutanter, quam Judicium Terrestre Sochaczewicz Notariale Condescensoriale, prosequendo per se interpositam ad Judicium Commissionis Motionem, manifestatur. = in parata copia manu Ejus subscripta ad Acta hec porrexit, et pro firmiori in eisdem Actis se subscripsit.

L. Potocki

Quam ejusmodi Manifestationem Nos ad Acta presentia suscipi, inscribi Quoque Actum ut supra.

Sub eodem Actu

Ad Relationem Ejusdem Illmi et Rmi Dni Supremi Regni Cancellarii.

Oblata Plenipotentia ad renuntiandum nomine Illustris Ordinis Melitensis pretensionibus ad Bona Ostrogiensia habitis Go Michaeli Sagramoso ejusdem Ordinis Militi data. Stanislaus Augustus R.

Significamus R. Quod veniens personaliter ad Acta presentia Illustris Regni Cancellarii Dna Majoris Grossus Casimirus Rechowski. obtulit ad inserendum illis Literas Originales pa-

pyreas

pyreas, sive Instrumentum Plenipotentiæ ad renuntiandum
nomine Illris Ordinis Melitensis pretensionibus ad Bona
Ostragiensia habitis, per Illrem Supremum Magistrum Fr.
Michaeli Sagramoso prefati Ordinis Militi Datæ, in Idio-
mate Italico confectum, manu dicti Supremi Magistri conscrip-
tum, cum Coopertæ papyraceæ, seu hoc Instrumentum inclusum
fuit, Super inscriptionem foris ad præsentatum Jesum Sagra-
mosi præsentante, et sigillo prælibati Supremi Magistri ap-
posito sigillata, sanas et illæsas tenoris sequentis. = Mag.r Hospitis
et Sancti Sepulcri Hierslem. Rlgse in Chro Nobis Carme Salm. Allorchè giunto sarete
a concertare colli attuali Possessori del Ducato di Ostrog un accomodamento col mag-
gior decoro e vantaggio possibile della Religione Nostra a norma delle Instruzioni già
avute col numero 42. vi abiliteiamo di cedere e rinunciare a nome della medesima
a favore di essi Possessori in perpetuo, tutte le ragioni, e diritti, che ha la nostra Religio-
ne sopra quel Ducato, ed a tale effetto vi doniamo e concediamo in vigor della presente
tutte le maggiori facoltà necessarie ed opportune ad oggetto di render stabile e fermo
per qualunque tempo ed all'infinito il Trattato, che potrà riuscirvi di conchiudere col
vostro ben più volte esperimentato zelo ed attenzione. Con ciò preghiamo il Sigre
che vi conservi. Malta 26 Luglio 1773. Ximenes. Cav.r Fr. Michele Sagramoso Var-
savia. Super inscriptionis vero in Coopertæ seu involu-
cro Supra exarati Instrumenti hic est tenor. = Rlgso
in Chro Nobis Carmo Fri Michaeli Sagramoso Ordinis Nostri Militi. Varsavia. =
Has ejusmodi Literas Sic ut præmissum oblatas
Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex illis fide-
liter rescriptas Parti requirenti authenticatas, ori-
ginale Hoc offerenti restitui permisimus. De quo recepto
Cancellariam eandem Metrices quietavit, quietatq;
præsentibus, et pro firmiori manus propriæ de subscrip-
sit
Casimirus Blechowski In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ die Feria
Quarta post Dominicam
Reminiscere Quadragesi-
malem proxima, die scili-
cet Decima quinta Mensis
Martii Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo
Septuagesimo Quinto. Regni
vero Undecimo. &
Ad Relationem Superaster Illrmi et
Rndmi Dni Supremi Nri Cancellarii.
Oblata Juris Communicativi Super Capitaneat-
tum

V Repsii

tum Pleskirowice in Palatinatu Podolie Situm
Gro Andrea Zamoyski collati.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens perely ad Aulam
prefatum Metricum Regni Cancellariam Nre Majoris
Gregus Julianus Czerkiewicz abtulit ad inserendum
illis Literas originales papyreas, Privilegium Juris Com-
municativi super Capitaneatum Pleskirowiensem per
Nos Gregs Andream Zamoyski collatum in se continentes,
Nri munitas, Sanas et illesas tenoris sequentis: Sta-
nislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogi-
tiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ
Smolensciæ, Severiæ et Czerniechoviæ. Significamus
præsentibus literis Nostris, quorum interest univer-
sis et singulis. Quia Nos habito respectu singu-
larium meritorum Generosi Andreæ Zamoyski
ante acti Supremi Regni Cancellarii Nobis et Rei-
publicæ præstitorum, faciendum esse duximus, ut
ipsi Jus Advitalitium, quod Gregs Constantiæ de
Principibus Czartoryskie Consorti ejus Legitimæ
super Capitaneatum Pleskirowiensem in Palatina-
tu Podoliæ situm vigore Constitutionis Anni 1764
in Comitiis Solitis Coronationis Nræ, servit et com-
petit, communicaremus, uti quidem præsentibus
Literis Nostris communicamus. Vigore cujus Ju-
ris Communicativi memoratum Capitaneatum
Pleskirowiensem cum Villis Larzyce, Szarawo-
ka, Mackowice, Oleszyn, Iwankowce, Leziow,
omnibus & paradiis, curiis, ædificiis, agris, pra-
tis, campis, hortis, pascuis, sylvis, nemoribus,
ruberis, mellificiis, stagnis, lacubus, pecinis,
fluviis, fluminibus, molendinis, tabernis, sub-
ditis eorum & laboribus, censibus, dationibus,
usibus fructibus, commodis, proventibus, emo-
lumentis, utilitatibus, attinentiis & pertinen-
tiis universis, nullis exceptis, jam abhinc
Suprascriptus Gregs Andreas Zamoyski una
cum Gregs sua Consorte, seu ambo in solidum
tenebunt, habebunt et possidebunt, ad extremæ
vitæ suæ, aut alterius eorum. Superstitis tem-

pora

pora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenosque Successores Nostros abusu et pacifica possessione dicti Capitaneatus Plosciroviensis prefatos Gnosos Zamoyskie Conjuges amaturos aut alienaturos, neq amovendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitatem utrique eorum conservaturos, quod et Serenii Successores Nostri prastabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam proventuum quartam partem Statu tempore quatannis ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Jnquibus Nris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiq Romanae Catholicae salvis. In quorum fidem presentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XIV. Mensis Martii Anno Domini MDCCLXXV. Regni vero Nostri XI. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Jus Communicativum Super Capitaneatum Ppliroviens in Palatu Podol. situm, pro Andrea Zamoyski Pe Constantie de Principibus Czartoryskie Marito confertur. Antonius Regalski Metrices Cancellariae Regni Praefectus Sigilli Minoris Regni protunc Secretarius mp. A tergo harum Literarum verba sunt sequentia = Pro Cancellariatu Illmi ac Excellmi Dni Dni Joannis in Warkiany Pele Comitis a Borch Pro Cancellarii Regni Ducatuum et Capitaneatuum Privilegii Juris Communicativi, sic ut praemissum oblatus, Nos ad Acta hac suscipi, iisdem inseri, et ea illis fideliter rescriptas Parti requirenti authentice extradi, originale offerenti. restitui permisimus. De quo sibi restituto Cancellaria Nra quietat, quietatque praesentibus, ac praefirmiori manu propria se subscripsit Julianus Czerkiewicz. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Juris Communicativi Super Villam Hretzana in ante Advocatia dictam in Palatu Podoliae sitam pro Andrea Zamoyski collati.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nrae Majoris Gnosus Julianus Czerkiewicz, obtulit ad inferendum, illis Literas originales papyreas, Privilegium Juris communicativi Super per Villam Hretzana in ante Advocatia dictam,

per

34. per Nos Grodo Andreæ Zamoyski collatam in se continentes, manu Nra Regia subscriptas, et Sigillo Minori Regni munitas, sanas et illæsas tenoris sequentis. — Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq. Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum singularium Generosi Andreæ Zamoyski antecessoris Supremi Regni Cancellarii Nobis et Reipublicæ præstitorum, faciendum esse duximus, ut Ipsi Jus Advitalitium quod Generosi Constantiæ de Principibus Czartoryskie Consorti Ejus legitimæ super Villam Kreczana in Palatinatu Podoliæ sitam vigore Constitutionis Anni 1764ti in Comitiis proximis Coronationis Nræ, cessit et competit, communicaremus, uti quidem præsentibus literis Nostris communicamus. Vigore cujus Juris Communicativi memoratam Villam Kreczana, dictam advocatiam in ante, in Capitaneatu Kaskirovien si jacentem, cum omnibus et singulis ejusdem attinentiis et pertinentiis, urbis, de Civis, prædiis, agris, pratis, hortis, campis, pascuis, Sylvis, nemoribus, stagnis, lacubus, fluviis, fluminibus, molendinis, tabernis, subditis, censibus, datiombus, ac omnibus universaliter usibus fructibus et latitudinibus, nullis penitus exceptis, nunc et ab antiquo spectantibus, jam abhinc suprascriptus Dns Andreas Zamoyski una cum Ejusdem Consorte seu amba in solidum tenebunt, habebunt et possidebunt ad extrema vitæ Sua, aut alterius eorum superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sergnis Successoribus Nris, non esse Nos, Sereniosq; Successores Nros ab ipsa et præfata possessione dictæ Villæ Kreczana, ejusque attinentiis præfatos Dns Zamoyski Conjuges Donatarios Nros amoturos, neq; amovendi aut alienandi potestatem eisdem daturos, sed Salvum et integrum Jus Advitalitium ipsis ambobus, aut alteri eorum superstiti conservaturos, quod et Sereni Successores Nri præstabunt. Relative cujus Advitalitatis solitam proventuum quartam partem quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq Romano Catholicæ salvis. In quorum

fidem

fidem praesentes manu Nra subscripsimus, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XIV. Mensis Martii Anno Domini MDCCLXXV. Regni vero Nostri XI. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli Minoris Regni. Jus communicativum super Villam Hreczana in ante Advocatia dictam in Paltu Podolia Capitaneatu Ploskirowiez sitt Gnoso Andreae Lamoyski Gnosa Conetarie de Principibus Czartoryskie. Marcito contertur. Antonius Royalski Metrices Cancellariae Regni Praefectus, et Sigilli Minoris Regni pratum Secretarius mp. Atque harum Literarum verba sunt sequentia = Praecellentissimi Illustrissimi ac Excellentissimi Dni Dni Joannis in Wierzbiany Pole Comitis a Borch Pro Cancellarii Regni Etuchoviez etc Capitanei. Sigillatum. Et in Actis. Cum ejusmodi Literas Privilegii Juris Communicativi sint ut praemissum adlatas, Nos ad Acta haec Suscipi, iisdem inseri, et ex illis fideliter reseriptas Parti requirenti authentice extradi, originale Offerenti restitui permisimus. De qua sibi restituto Cancellariam Nram quietavit, quietatque praesentibus, ac proprimori manu propria se Subscripsit. Julianus Czetkiewicz ☙ In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quinta ante Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Die videlicet Decima Sexta Mensis Martii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quinto. Regni vero Nri Undecimo. ℔ ℔. Ad Relationem Supraseri Illustrissimi et Rdmi Dni Supremi Regni Cancellarii.

Estrattum

Roborant Contractum Resignatorium Sortis hereditariae in Villa Jankii in Palatinatu Masoviae, Terra Nurecq Dicti Camenecq sitt, Gnosus Theodorus Turowski Comiferi Des Nurecq abinia, et Magnus Theodorus Szydlowski Castellanus Masoviae parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nrae Majoris comparentes personi Gnosus Theodorus

36. Theodorus Turowski Enosferides Nurensis ab una
et Magnus Theodorus Szydłowski Castellanus
Masovie parte ab altera, suis mentibus et Corpo-
ribus existentes, recedendo a Foro, Terris, Districtibus
et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic autem
Nrā Regiæ Jurisdictioni quoad infrascriptum reco-
gnoscendo se, suosq; Successores, bonaq; sua generaliter
omnia subjiciendo et incorporando, pactum, sponte ac
per expressum mutuo recognoverunt. Quia Ipsi Con-
tractum Resignatorium Sortis hereditariæ in Villa
Jankii dicta in Valle Masoviæ Terræ Nurensi Distri-
ctu Camenecensi sita, inter se Recognoscentes hic
Varsaviæ sub die Vigesima quinta Mensis Febru-
rii Anno nunc Currenti Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo quinto initum, conscriptum, manibus
Eorum propriis subscriptum, Damnis Terrestribus
vallatum, in omnibus et singulis ejus punctis, clau-
sulis, reatibus, foro obligamentis mutuo roborant,
approbant et ratificant, eidemq; tam in toto, quam
in quavis parte stare, parere, et plene subsistere
Sibi suisq; Successoribus, de et super bonis suis ge-
neraliter omnibus hereditariis et obligatoriis habi-
tis et habendis inscribunt, obligant et assecurant
idque sub Damnis Terrestribus simpliciter et absq;
juramento Corporali tradendis. Pro quibus, ac ipsa
re principali Fori proprii omisso, in Judicio Terrestri
vel Officio Castrensi Varsaviensibus, aut Judiciis Tri-
bunalitiis Regni Petricoviensibus suis cum Succes-
soribus, præcisis quibuscunq; dilationibus, exceptionibus
et juris beneficiis peremptorie casu Contrarentio-
nis eidem Contrahentibus respondere tenebuntur. Hic
eorum personalibus recognitionibus ad præmissa
mediantibus. Alias in forma Roborationis de ju-
re plenissima. Pro majori vero firmitate manu
bus propriis se subscripserunt.

Theodor Szydłowski Rex

Theodor Turowski m.p.

Legitur

Cujus ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &c. Actum ut supra
Donat Sortem suam hereditariam
in Villa Jankii in Terra Nurey Dcti
Camenecen. sitt. Jus Theodorus Tu-
rowski Enosferides Nurens. Magco Theo-
doro Szydłowski Castellano Masovid.
Stanislaus Augustus &c. Significamus Quo

coram

coram Nobis, Actisque præsentibus Metricas Regni Cancellarie Nrę Majestatis Comparens perillr Gnosis Theodorus Turowski Ensiferides Nurensis, Sanus mente et corpore existens, recedendo a Tota Terris, Districtibus et Jurisdictione Suis quibuscùmque propriis, huic autem Nrę Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda se suis cum posteris, bonisq; suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, publicè, benevole recognovit. Quia ipse insistendo Contractui Resignatorio hodierno sub dato datis præsentibus roborato, Bona sua propria videlicet Sortem Suam hereditariam in Villa Janki dicta in Paltra. Nasyrie Terra Nurensi Districtu Camenensi sita habitam, tam in se recognoscentem post alium Gum Maximilianum Turowski Ensiferum Terræ Nurensis Patrem, jure naturalis Successionis erga alios Fratres devolutam, quam etiam a Gnō Antonio Turowski Ensiferida Nurensi Fratre suo germano nato majoreq; quæsitam, cum omnibus ejusdem Sortis Campis, agris, areis, fundis, sylvis, aquis, ædificiis, universisq; attinentiis et pertinentiis, nihil prorsus, aut Successoribus Suis ea illa reservando et excipiendo, sed ita latè, longè et circumferentialiter prout in Suis metis ea antiquus exstabant, et extare debet, nec non cum omni jure, dominio, proprietate, propinquitate, jam etenum et deinceps Magnifico Theodoro Szydłowski Castellano Mazoviæ, Illiusq; Successoribus, pure, mere, vere, et irrevocabilis Donationis titulo ac hereditate Dat, Donat, inscribit et resignat perpetuo et in evum. In quam quidem Sortem præsentibus donatam et resignatam Intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione per Ministeriales Regni generalem quemvis et Nobiles duos facilius ad id conducendos Eidem Magco Donatario Suo a modo dat, et quovis tempore admittit, datamque et admittam nec per se, nec per quosvis subditos suos et subordinatas personas impedire, quominus præfatum possessionem, interturbare, quominus prætactum Magcum Donatarium Suum, ejusq; Successores, ab omni et quavis impetitione juridica et extrajuridica omnium et singularum personarum propinquarum et rematarum cujuscunque Status et sexus

E mediantibus Transactionibus

cuiusvis

existentiu occasione prafatæ Sortis exorianda in
omni Judicio et officio totiès quotiès opus fuerit evin-
cere, tueri, intbruedere et eliberare se suis cum suc-
cessoribus de et super bonis suis generaliter omni-
bus hereditariis et obligatoriis inscribit, obligat et as-
securat, eoque sub Damnis Terrestribus simplici ver-
bo et absque corporali juramento tuendis et edicen-
dis, et casu Contraventionis præsenti Inscriptioni
suæ Donatoriæ ad solvendum inremissibiliter suc-
cumbendis. Pro quibus ac ipsa principali, Citatus
extitera in Judicio Terrestri sive officio Castrensi
Varsaviensibus; aut Tribunalitiis Regni Petricovien-
sibus Judiciis, suis cum successoribus peremptorie
prædictis quibusvis dilationibus et exceptionibus re-
ponendo tenebitur. Hac Lris personali recognitio-
ne ad præmissa mediante. Alias informa Do-
nationis et Resignationis de jure plenissime. Pro
majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Theodorus Turowski mp.

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam &. Actum ut supra
Quietat de pretio Sortis a se resignatæ
in Villa Janki in Terra Nurec Dictus Came-
necenj vita Grigorz Turowski Ensiferi
des Kurenj Mstum Szydlowski Castel-
lanum Rajoviæ.
Stanislaus Augustus &.
Significamus &. Quod coram Nobis
Regijs præsentibus Metrices Regni Sar-
cellaria Nra Majoris Comparens perso-
naliter Grigorz Theodorus Columna Turo-
wski Ensiferides Nurensis sanæ mentis
et corpore existens, recedendo à Bonis, Terris,
Districtibus et Jurisdictione suis quibusvis
proprijs, huic autem Nræ Regiæ Jurisdictioni
quoad infra tantum recognoscendæ, se suis cum
Successoribus subjiciendo et incorporando patu-
spontæ ac per expressum recognovit. Quod
Ipse Magnificum Theodorum Szydlowski Castel-
lanum Rajoviæ, Ejusque Successores de summis

Estray Cedit de
Grigorz
in pers
Itam
significa
Regni
Bigoro
to et
Juri
Regiæ
et in
recogn
Do Lit
Mens
Tertio
Regni
Suo
Augu
Lithu

una principali, Octingentorum Florenorum Polonicalium, tum
altera Centum quinquaginta itidem Florenor Polon in vim
Doni matrimonialis, utrobique pro pretio Florenorum, seu Sortis
hereditarie in Villa Jarki Palatinatu Masovie Terre
Nurensi Districtu Camenecensi sita per se Recognoscentem
tem his in Actis hodierne sub actu Eidem Magtio Castel-
lano Masovie in perpetuum et hereditarie donate et
resignate, ad mentem Contractus Resignatorii sub actu
itidem hodierno, roborato ad solvendum proveniente, alias de
facto pretio in dicto Contractu stipulato, ob prestitam
plenam Satisfactionem, Summarumq; prefatarum to-
talem, realem et effectivam exsolutionem, nihil sibi
Recognoscenti, Suisq; Successoribus, occasione istius
pretii bonorum juris titulo et pretextus reservando,
jam eorunc et de facto quietat, emittit, liberum ab-
solutumque in perpetuum facit et pronuntiat. Hac
sua personali recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Quietationis de jure plenissime.
Pro majori vero firmitate manu propria se
subscripsit. Theodorus Turowski mpp
Quam ejusmodi Quietationem sic ut premissorum
factam et recognitam Actum ut supra.

Sub eodem Actu.

Cedit de Villa Ozarow in Pallu Masovie Terra Varsaviensi sibi
Gratus Antonius Brzozowski Decretorum Curie Regni Notarius
in personam Grosi Francisci Brzozowski filii sui.

Stanislaus Augustus Dei
Significamus &: Quod coram Nobis Actisque presentibus Metrices
Regni Cancellarie Nre Majoris comparens personaliter Antonius
Brzozowski Decretorum Curie Regni Nostri Notarius, sanus men
te et corpore existens, recedendo a Foro Terris Districtibus et
Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic autem Nre
Regie que ad infra tantum recognoscenda se subjiciendo
et in eorumdem palam, benevole publice ac per expressum
recognovit presentibusque recognoscit. Quia ipse inhoren
do Literis Consensus Regii Sub Die Vigesima Secunda
Mensis Maji Anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo
Tertio emanatis, Manu Nra Regia subscriptis et Sigillo Majori
Regni communitis sanis salvis et illesis ad presens in
suo Originali exhibitis tenoris sequentis.= Stanislaus
Augustus Dei Gratia Rex Polonie, Magnus Dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie

Kyo

Kijovie, Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscie Severiæ, Czerniechoviæ. Significamus præsentibus Lris Nris Quorum interest Universis & Singulis Consensisse Nos et permisisse consentireque et permittere præsentibus Literis Nris Joanni Antonio Brzozowski Decretorum Curiæ Nostræ Notario ut possit et valeat de omni ac integro Jure Suo Aditalitio quod ipsi Super Villam Czarow in Palatinatu Masoviæ Terræ Varsaviensis jacentem competit et servit cedere, illudq in personam Joannis Francisci Brzozowski transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio Junctaque transfusio perteaquam coram Actis quibusvis Authenticis Regni facta & recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ previo hoc Consensu Nostro peragetur. Vigere cujus Cessionis Junctaque transfusionis in virtute præsentis Consensus Nri facta prædictus Joannes Franciscus Brzozowski eandem Villam Czarow cum omnibus Curiis, prædio, agris pratis campis, Sylvis Nemoribus, hortis, pascuis fluvijs, lacubus, Stagnis piscinijs, Molendinis Tabernis, fabritijs eorumq consilibus, usibus fructibus et laboribus, cunctijs denique attinentijs et pertinentijs nullis penitus exceptis tenebit, habebit et possidebit ad extrema usque tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris non esse Nos Serenissimosq Successores Nros ab usu et pacifica possessione prædictæ Villæ Czarow memoratum Joannem Franciscum Brzozowski amoturos, nec amoveri aut alienandi potestatem concipiendi daturos, sed salvum et integrum Jus Aditalitium eidem Conservaturos, Quod et Serenissimi Successores Nri præstabunt. Ratione cujus Aditalitij quotannis ad Thesaurum Regni solitam Proventuum Quartam inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis Maij Anno Domini MDCCLXXIII. Regni vero Nri Anno IX. Stanislaus Augustus Rex. Loco ✠ Sigilli.

Majoni Cancellario Rni appresi Consensus Cedendi de villa Czarow in Palatu Masovie Terra Varsaviens Gnoso Antonio Brzozowski Decretorum Curie Rni Notario in personam Gi Francisci Brzozowski Filii ejus datus. Antonius Silvestri S.R.Mttis et Sigilli Majoni Rni Secretarius mpp a tergo dictarum literarum verba sequentia. = Cancellariatu Illmi Rmi Excellmi et Rndmi Dni Andree Stanislai Kostka Mielzinski Episcopi Posnaniens et Varsaviens Abbatis Commendatary Hebdoniens Supremi Regni Cancellarij Sigillatum Et in Actis = Jam ex nunc et defacto de omni et integro Jure Suo Aditalitio quod et quale Sibi Recognoscenti ad dictam villam Czarow servit et competit, ac hucusque serviebat et competebat Gnoso Francisco Brzozowski cedit, abscedit et condescendit, prout presentij Cessionarie Inscriptionis virtute tam de prætacta villa Juribusque Suis quam de omnibus ejus attinentijs et pertinentijs nihil pro se Recognoscente aut quopiam alio reservando vel excipiendo sed ita late longe et circumferentialiter prout Ipsemet eandem villam Czarow tenebat et possidebat, tenereq; et possidere debuerat cedit abscedit et condescendit. Hoc q jus Suum Aditalitium possessionem et usum fructuum in eundem Gnum Franciscum Brzozowski transfundit derivat, et plene incorporat. Introinissionem realem cum Actuali et pacifica possessione prout de jure Officioze capiendam in eandem villam Czarow conferendam præfato Gō Francisco Brzozowski Cessionario Suo a modo dat et admittit, dataq; et admittendam nec per se nec per quascunq Submissas et Subordinatas personas prædictam aut pacificam possessionem interturbare se se inscribit Obligat et asseverat. Hæc Sua personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Cessionis de jure plenissima. Pro majori vero fidemitate manu propria se Subscripsit.

Antonius Brzozowski S. C. R. M.

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam sic ut præmittitur factam Nos firmam ac dejure validam haberi volens eandem ad Acta præsentes suscripsi mrisq; Rei In quorum fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsavie Sabbatho pridie Dominice Beati Lucæ Evangelistæ.

Dragesimalis, die sublect
Decima Octava Mensis Mar-
tii, Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Septua-
gesimo Quinto. Regni vero
Undecimo.

Ad Relationem Supradicti Illmi
Excellmi et Rmi Dni Supremi
Regni Cancellarii.

Vt

Offert Nobilis et Excellens Marsigli Asi-
gnationem Rdi in Christo Patris Epi Varmie
ad Cameram Sermi Regis Prussiæ pro exhiben-
da certa Summa datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens perdilr ad Acta
præsentia Metricis Regni Cancellariæ Nræ
Majoris Nobilis et Excellent Angelo Felix
Marsigli Consiliarius Noster et Medicinæ Doc-
tor, obtulit ad inserendum illis Literas Origi-
nales gallico idiomate scriptas, videlicet Assi-
gnationem Rdi in Christo Patris Ignatii Comi-
tis Krasicki Epi Varmiensis ad Cameram Sere-
nissimi Regis Prussiæ super exhibenda Summa
præfato Nobili et Excellenti Consiliario Nostro
debita, datam, manu ejusdem Rdi in Christo Pa-
tris Epi Varmiens propria subscriptam et Si-
gillo ejusdem in cera rubra hispanica impresso mu-
nitam, Sanam et illesam tenoris sequentis. = Moi
soussigné ayant à payer à Monsieur le Do-
cteur Ange Felix Marsigli Medecin et Con-
seiller du Roi de Pologne La Somme de Cinq
milles Ducats en Or de poids, dix 5000 ℔.
Mais comme les Circonstances Presentes
ne me permettent pas de satisfaire tout
à la fois, au Payement de la ~~dette~~ dite Somme
je m'oblige donc de lui payer de trois Mois.
à trois Mois la Somme de cinq cens Ducats
jusqu'à l'extinction de la totale Somme de
cinq Milles Ducats. C'est pourquoi
la Chambre de Sa Majesté le Roi de Prus-
se me devant, une certaine Somme payera

à l'Ordre

à l'Ordre du dit Monsieur Ange Felix Marsigli, La Somme convenue du Cinq cens Ducats payables à chaque trois Mois en commençant du Premier Janvier 1776. jusqu'à l'extinction de la Somme totale de Cinq milles Ducats. En foi de quoi je me soussigne de ma propre main, avec le Sceau de mes armes. Fait à Varsovie le 28. Septembre 1774.
Jos Krasicki V. Eveque de Varmie. Locus ✠ Sigilli. Quas ejusmodi Literas assignationem sic ut premissum obtulit, Nos ad Acta hâc Metrices Suscipi, inscribi, et ex illis fideliter rescripta, Parti requirenti authentice extradi, originale offerenti restitui permisimus. De quo sibi restitute Cancellarium Nram quietavit, quietatq; praesentibus, ac profirmiori manu propria se subscripsit.
Angelus Felix Marsigli C.J.U.D. m.p.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu.

Extra Oblata Juris Communicativi Super Tenutam Kiełczyglow in Paltu Siradiens, sitt Gnosæ Constantiæ de Grabinskie Myszkowska dati.

Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ Majestatis Gnosus Georgius Glinski abtulit ad inserendum illis Privilegium originale Juris Communicativi Super Tenutam Kiełczyglow, in Paltu Siradien. Dati Radomszcz, sitt per Nos Gnosæ Constantiæ de Grabinskie Gnosti Casimiri Myszkowski Consorti legitimæ gratiose datum, manu Nra subscriptum, et sigillo majori Regni communitum, jam vias in Actis Sastrey Petricoviensibus habitas, sanum et illæsum tenoris sequentis = Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscii, Severiæ, Czerniechoviæque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos Habito respectu meritorum Gnosi Casimiri Myszkowski, faciendum esse duximus, ut Jus Advitalitiale, quod ipsi Super Tenutam Kiełczyglow dictam in Paltu Siradiensi et Detta Radomscensi sitam servit, Gnosæ Constantiæ de Grabinskie Consorti ejus legitimæ daremus et communicaremus, prout quidem damus et communicamus praesentibus Literis Nostris. Quam quidem
E Sub Actu Feria Quarta post Dominicam Ra: Tenutæ
mis palmarum Quadragesimales proxime
videlicet die Trigesima Martii Anno 1774to.

44. Tenut ad cum obus Villis, prediis, agris, gor atis, Campis, Sylvis, bor ris; gaiis, nemoribus, Stagnis, Goiedinis, Lacubus, fluviis, flumbribus, Molendinis, braxatoriis, Tabernis, Subditis, eorumq diurnis laboribus, censibus, datiis Commodis et emolumentis, cunctis denig adiacentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis, sed ita Late, longe et circumferentialiter prout ab antiquis et immediatis possessoribus tenebatur, praefati Gnafi Myszkowscie Conjuges ambe et in solidum Tenebunt, habebunt et possidebunt, vel una vita functo alter eorum superstes Tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitae sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Cregnis Successoribus Nris nor ese Nos, Sersmosq. Successores Nros ab usu et pacifica possessione dicte Tenute Kielczyglow praefatos Gnafos Myszkowscie Conjuges ambos amoturos, nec amovendi potestatem daturos, sed Salvum et integrum, Jus Adv italitis ipsis conservaturos quod et Sersmi Successores Nri praestabunt. Ratione cuius Advitalitatis solitam quartam partem proventuum statuto tempore quotannis ad Thesaurum Nri inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaq Romanae Catholicae Sabris manentibus, In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas, Sigillo Nro communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XXIIIa Mensis Martii Anno Dni MDCCLXXIV. Regni vero Nri X. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Loco Sigilli Majoris Sui. Jus communicationem super Tenuta Kielczyglow dicta in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Radomscensi sit. Ita constantie de Grabinskie Grabi Casimiri Myszkowski subscripti signat dator. Antonius Lipski Secretarius S.R.M. et Sigilli Majoris ejus Secretarius mp. Toris: Cancellariae Illmi Excellmi et Revdi Dni Andreae Stanislai Kostka Mydzieiowski Epi Kiioviens et Varsavien Abbatis Commendatarii Nebovien Supremi Regni Cancellarii Sigillatum est in Actis. Quod ejusmodi Privilegium sic ut praefertur oblatum, Nos ad Cancellariae suscipi, iisdem inseri, et ex illis fideliter referri curari requirendi, authentica extradi Originale offerenti restitui jussimus. De quo Cancellaria quietant, quietaq. manu propria subscribendo. Teste Clinski, Regentia fidem. Aug. ut supra Edant Magni Theodorus Szydlowski Castell Mazovien.

et

Vacuum

Extr. Sub eodem Actu.

Oblata Privilegii Ecclesiæ Parochiali in Oppido Pobiędziska site super libera propinatione liquorum servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris Literas Originales pergameneas, vetustate temporis obscuratas, continentes in se Privilegium olim Serenis Stephani Regis Prædecessoris Ecclesiæ Parochiali Pobie-

dzien

Dzisensi, sive ejus Plebanis super libera propinatione liquorum collatum, manu ejusdem Serenissimi Stephani et olim Andr. in Christo Patris Philippi Padnienshi Epp. Cracovien. et Vicecancellarii Regni subscriptas, sigilloq; Regni pensili communitas, tenoris sequentis = Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae, Podlachiae, Livoniae, necnon Transylvaniae Princeps. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis, harum notitiam habituris. Exhibitas Serenitati Nostrae literas per Venerabilem Dominum Joannem Powodowski Canonicum Gnesnensem et Posnaniensem Plebanum in Oppido Pobiedzyska in Districtu Gnesnensi sito. Quibus Supplicatum est Nobis, quatenus Ecclesiae suae Parochialis summe desolatae Juris Patronatus Nri proventus augere, Privilegium propinationis libere benigniter concedere et conferre dignaremur. Nos itaq; Supplicibus annuentes precibus Venerabilis Domini Canonici et Plebani Privilegium expetitum in favorem Ecclesiae praefatae concedendum et conferendum esse duximus, prout mediante eodem Consensu Nro concedimus et conferimus, decernentes, Statuentesq; ut liceat Venerabili Domino Joanni Powodowski ac ejus successoribus Plebanis pro tempore existentibus in praefato Oppido Pobiedzyska in sua Caupona cerevisias et quascunq; liquores propinare, vendere, undequaq; sumere. Insuper tria macella carnium seu Lanionum in foro praedicti Oppidi pro parte ejusdem Ecclesiae testimonio harum adjuncta esse volumus literarum, quibus manum Nostram appossuimus, et Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Petricovii in Conventione Generali Feria Quarta ante Festum Sancti Mathiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Nono. Regni vero Nostri Anno Quarto. Stephanus. Rex. Philippus Epus et Vicecancellarius Regni. Exhibuit magnificus. Relatio Rndmi in Christo Patris Dni Philippi Padnienshi Epi Cracovien. et Vicecancellarii Regni Poloniae mppr. [Locus Sigilli.] Quae ejusmodi literas Privilegii sic ut praemittitur oblatas, Nos ad petita haec suscipi, inscribi, et ex illis fideliter rescriptas Parti regrenti authentice extradi, Originale Offerenti restitui, de quo restituto Cancellaria Nra Cautelam quietabit, permisimus. In quorum Fidem &c. Actum ut supra

Actum Varsaviae Feria

Actum Varsaviæ Feria Sexta
pridie Festi Annuntiationis
Bmæ Virginis Mariæ, die scili-
cet Vigesima quarta Mer-
sis Martii Anno Dñi Mille-
simo Septingentesimo Sep-
tuagesimo Quinto. Regni
vero Undecimo.

Ad Relationem Illmi ac Excel-
lentm Dñi Dñi Joannis in War-
klany Prele Comitis a Borch
Pro Cancellarii Rni Cracho vi-
endis &c. Capitanei.

V. S.

Quietat Conventus Miechoviensis Canonicor
Regularium Custodum Sancti Sepulchri Christi
Hierosolymitani Ordinem in Christo Patrem Andre-
am Młodzieiowski Episcopum Posnaniens Supremum
Regni Cancellarium Decemmis, una 2156. Aurei
alberi in Moneta 1792. Flor Polon per suum Ple-
nipotentem.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actis q præsen-
tibus, Metricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris
comparens personaliter Venerabilis Joannes Nepo-
mucenus Zaplinski Custos Conventus Miechovi-
ensis Ordinis Canonicorum Regularium Custodum
Sancti Sepulchri Christi Hierosolymitani, ac Specia-
lis ad infrascripta Plenipotens, nomine, ac in rem pre-
fati Conventus; pro cujus ratihabitione cavet: agens,
sanæ mentis et corporis existens, recedendo a Foro,
et Jurisdictione Suis, Suique Conventus propriis,
huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum re-
cognoscenda se subjiciendo et incorporando, pa-
lam, benevole recognovit, et præsentibus recognofit.
Quia Ipse eo quo supra Nomine Adm Rndum in Chri-
sto Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodzie-
iowski Episcopum Posnaniens Supremum Regni Cancel-
larium de Summis, una Duorum Millium Centum
quinquaginta sex Aureorum in specie hungarica alind
alberi in Moneta Argentea Regni Currente Mille
Centum Nonaginta Florenos Polon præfato Con-
ventui ex vi mutui debita; et eorum Actis Terrestribus
Cracovien Feria Tertia in Vigilia Festi Sancti Thomæ

Apli

Apostoli die scilicet Vigesima Mensis Decembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo per Grodnum Sebastianum Chęciński Notarium Palatinalem Cracoviez Superstati Adm. Rdi in Christo Patris Supremi Regni Cancellarii coram Actis Metricis Cancellariæ Majoris Regni sub die Septima Mensis Stati Decembris constitutus specialem Plenipotentiæ inscriptis, dum de Provisionibus ab ejusmodi Summis ad diem hodiernum provenientibus, ipsaq. Inscriptione supra de dicta recensita, cum ejus Approbatoria Inscriptione per altè memoratum Adm. Rdum in Christo Patrem Supremum Regni Cancellarium in præfatis Actis Metricis Cancellariæ Majoris Feria Quinta ante Festum Circumcisionis Christi Domini proxima, die scilicet Vigesima Nona itidem Decembris Anno præexpresso Sexagesimo Octavo id. eliberando a nexu dicta Summa Plenipotentem, recognita, ad præstita Satisfactione, sive tam Summarum Capitalium, supra enunciatarum, quam et Provisionum totale, reale et effectiva ad manus Suicujusque Plenipotentiæ exsolutione, nihil amplius juris tituli, et prætextus dicto Conventui reservando, quietat, emittit, et absolutum cum ejus Sanguinis Successoribus facit et promittat in perpetuum. Nec non hanc Inscriptionem Debitorem, cum ejus Approbatione tollit, cassat et annihilat. Hæc sua personali renunciatione ad præmissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima. Pro majori verâ firmitate manu propria se subscripsit.

Joannes Nepomucenus Czapliński
Custos Miechoviensis

Quam ejusmodi Quietationem. Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes, eandem S. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximam, die scilicet Vigesima Octava Mensis Martii Anno Domini Millesimo

lesimo Septingentesimo Septua-
gesimo Quinto. Regni vero Un-
decimo.

Ad Relationem Supremi Illmi & Ex-
cellmi et Rmi Dni Supremi Regni
Cancellarii.

Extract

Donat Jsa Elisabeth Princeps Czartoryska Ge-
neralissa Terrarum Podoliæ, Domina Rytersberg dicta
in Paltu Pomeraniæ Ducatu Cluchoviæ, Sitæ Grosso Hen-
rico Comiti de Fleming Equiferæ Regni.

Stanislaus Augustus &c

Significamus &c. Quod coram Nobis, Aulisque
præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ
Majoris comparens personaliter Generosa Elisabeth de
Comitibus Fleming, olim Magni Georgii Dedesk Co-
mitis de Fleming Palatini Pomeraniæ Filia, et
unica post fata Parentis Successtrix, Grosso vero
Adami Principis Czartoryski Generalis Terrarum
Podoliæ Capitanei Conjux legitima, in personali
ejusdem Mariti Sui ceti Literis Conjugalis autho-
ritate et assistentia usæ, sana mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Ju-
risdictione Suis quibuscunque propriis, huic autem Nræ
Regiæ quoad infrascriptum recognoscendæ, Sq; Suos
Successores, ac Bona sua generaliter omnia Subji-
cendo et incorporando, palam, publice, benevole re-
gravit. Quia Ipsa Grosso Henrico Comiti de Fle-
ming Consobrino Regni Nostri, jam autem Fratri
Suo Patruelis, et Eius Successoribus, jam eorumque et
de facto totalia et integra Bona Rytersberg dicta
in Paltu Pomeraniæ et Districtu Cluchoviensi consistentia, Domus Flemingiana an-
tiquitus hereditarie, ad Sq; Recognoscentem
jure naturalis Successionis post Paren-
tem devoluta, cum Prædio Stubendicto in limi-
tibus horumce Bonorum eradicato, cum
omni Bonorum pertinentium jure seu, Do-
minio, proprietate, propinquitate et titulo
hereditario, ac omnibus utilitatibus,
usibus fructibus, proventibus, commodis,
emolumentis et obventionibus, tum arcis,

curiæ,

curiis, prædiis, ædificiis, structuris parvis et magnis, Curialibus ac Villanis, hortis, agris, campis, pratis, pascuis, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, piscinulis, ac quarumvis aquarum decursibus, sylvis, bosci, nemoribus, rubetis, virgultis, molendinis, molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus; Subditis utriusq sexus, Cmethoribus, hortulanis, inquilinis tam in eisdem bonis residentibus, quam profugis libere vindicandis, eorum laboribus, censibus, dationibus, juvaminibus, cunctaq obedientia eo subditum ab ipsis prestari solita, cum omnibusq ejusmodi Bonorum attinentiis et pertinentiis, nullis exceptis aut reservatis, verum ita late, longe et circumferentialiter, prout prælibatorum bonorum hereditas ab antiquo in suis metis et limitibus extat ac extenditur, extare ej, ac extendi debet, dat, donat, confert, insert, dit et assignat pura, mera, vera ac irrevocabili Donatione perpetua et in evum. Intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione prout juris officiose quovis tempore capiendam eamque dat et admittit, datamq et admissam, nec perde, nec per quosvis subditos et subordinatos personas prepedire, perturbare, seu submittit et obligat. Pacem cum fatitione et evictione generali de et superbonis suis generaliter omnibus cavet et inserit. Idque sub Damnis Terrestribus simplici verbo absq juramento corporali tax andis et edicendis, et casu Contraventionis presenti Insertioni sue Donatorie ad solvendum suscumbendis. Pro quibus Stata Recognoscens suis cum Successoribus Forum Judicii Terrestris seu Officii Castrensis Competentis ad respondendum

remotis

sematis quibusvis exceptionibus et prætelationibus assi-
gnat. Hæc ejus personali Recognitione ad premissa me-
diante. Alias in forma Donationis de jure plenissima.
Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Adam Czartoryski.

J. Czartoryska.

Starostes assistens.

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic
ut premissum facit et recognitt &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta
ante Dominicam Passionis
Quadragesimalem pro-
xima, die scilicet Trige-
sima Prima Mensis
Martii Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo quinto. Regni
vero Undecimo.

Ad Relationem Supremi Illmi
Excellmi et Rndmi Dni Supremi
Regni Cancellarii.

Vt. Extract

Offert Gnosus Antonius Gostomski anteactus
Notarius Thesauri Regni Diplomata Quietatio-
nis de Summa 120. Ducatos Monetæ Serenii olim
Jacobi Ludovici Regis Principis Regni Poloniæ Duis
Slaviæ, in rem olim Magtor Joannis Przebendowski
Supremi Thesaurarii Regni et Margarethæ de
Fleming Conjugum datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter
ad Acta præsentia Metricas Regni Cancellariæ
Nræ Majoris Gnosus Antonius Gostomski ante-
actus Notarius Thesauri Regni, obtulit ad in-
serendum illis Literas Originales papyreas,
Diplomata Quietationis de Summa Centum Vi-
ginti Millium bonæ Argenteæ in Prussia cur-
rentis Monetæ, per olim Serenum Jacobum
Ludovicum Regium Poloniæ et M. Ducat. Princi-
pem Ducem Slaviæ in rem Magtorum olim
Joannis Georgii Przebendowski Supremi The-
saurarii Regni, et Margarethæ Elisabethæ de
Fleming

52. Fleming Conjugum datum, in se continentes, manu
Ejusdem Sermi olim Regis Principis propria Subscrip-
tas, et Sigilla ejus munitas, jam alias in Actis ca-
stri Skarszeviensis oblatas, Sanas et illæsas teno-
ris sequentis:= Jacobus Ludovicus Regius Prin-
ceps Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithua-
niæ Dux Clavia. Significamus præsentibus
Literis Nostris quorum interesse universis et Sin-
gulis. Quia Nos Illustres et Magnificos Joannem
Georgium in Przebendowo Przebendowski Supremum
Thesaurarium Regni, Pokrzywnicey, Mirachoviey,
Pucensy &c. Capitaneum, et Margarethan Elisabetham
de Fleming Conjuges, Horumq Successores, de Summa
Centum Viginti Millium bonæ argenteæ in Prussia
currentis monetæ, Decreto Judiciorum Relationum
propriarum Serenissimi Augusti Secundi Dei Gra-
tia Regis Poloniæ Magni Ducis Lithuaniæ etc. He-
reditarii Ducis Saxoniæ et Principis Electoris de
dato Varsaviæ in Crastino Festi Purificationis Bea-
tissimæ Virginis Mariæ, die scilicet Tertia Men
sis Februarii Anno nunc Currenti 1717. inter Nos et
Commissarios, Administratoresq et Œconomos No-
stros Capitaneatus Pucensis, de Civitatem Sedanen-
sem, atq eosdem Illustres et Magnificos Przeben-
dowskie Conjuges Thesaurarios Regni prolato,
adjudicata, de prædicto Capitaneatu proveni-
di, ad Nos solos, vigore Divisionis Bonorum
cum Serenissimo Constantino Principe Regni
Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Fratre
Nostro germano facta, pleno jure pertinenti,
realiter et in effectu ad Thesaurum Nostrum
importata, numerata et Levata, quietamus
præsentibus Literis Nostris. Nihil juris et pre-
tensionis ad eosdem Illustres et Magnificos
Przebendowskie Conjuges, Horumq Succes-
res Nobis et Serenissimis Successoribus No-
stris in Supra specificata Summa Centum Vi-
ginti Millium Bonæ in Prussia currentis
Monetæ, Decreto prælegato Salvi injuncta,
uti jam ad Thesaurum Nostrum per ipsos

impor-

importata et Soluta, reservamus, nec excipimus, quin imò pacem, Quitionem et Evictionem omnimodam ab eodem Serenissimo Constantino Principe Fratre Nostro cavemus, perpetuemq; Nos Ipsi, quam et Nobis, atq; Serenissimis Successoribus Nostris in premissis ad Illustres et Magnos Przebendowskie Conjuges, illorumq; Successores indicimus Silentium. In cujus rei fidem praesentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Nostro Communiri jussimus. Datt Gdańsk Die 2dma Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Septimo. Jacobus Ludovicus R. Princeps R.P.- Locus Sigilli ✠ in eisdem literis super papyro cera illimta expressi. A tergo harum Literarum attestationis ablatae earundem in Castro Skarszewiensi tenor sequens.- In Castro Skarszewiensi in Judiciis Palatinalibus Pomeraniensibus Camerarum Officii, Die Decima quarta Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Septimo, ad ablationem Magci Stanislai Lachocki Vexillifer Dobrinend Inducti. Lukowskii mp. Quas ejusmodi Literas Diplomatis supra exaratas, sicut premissum oblatas; Nos ad Acta praesentia suscipi, iisdem inseri, et ex illis fideliter rescriptas, Parti requirenti authentice extradi, Originale Referenti restitui permisimus. De quo Sibi restituto, in eadem Cancellariam Nram quietavit, quietatq; praesentibus, manu propria se Subscribendo. Postomski N.T.R.[illegible] In quorum fidem &c. datus ut supra.

Edwal

Idem Gnosus Postomski offert Extractum authentici Cessionis per Magcos Przebendowskie Supremos Thesaurarios Regni Conjuges Capitaneatus Pucensis in Personas Magcorum Friderici Przebendowskie Palatinor Livoniae Conjugum recognite ex Actis Castrey Skarszewiey depromptt. Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens coram nobis praesentia Matrices Regni Cancellariae Nrae Majoris gnosus Antonius Postomski antedictus Notarius Thesauri Regni, obtulit ad inferendum illis Extractum authenticum ex Actis Castrey Skarszeviensibus depromptum, continentem in se Cessionem Capitaneatus Pucensis per Magcos Przebendowskie Supremos Regni Thesaurarios Conjuges in personas Magnificorum itidem Przebendowskie Palatinorum

nerum

norum Livonia Conjugum ibidem recognitam, manu Groi-
Zukowski subscriptum, et sigillo Capitaneali communitum
